istam considerationem (ut ait Augustinus in libro de trinitate) credamus patrem et filium et spiritum sanctum unum esse deum. uniuersam creaturam conditorem et rectorem. nec patrem esse filium nec spiritum sanctum. vel patrem esse vel filium: sed trinitatem relataz ad inuicem personarum. Et enim ait ipse in libro de fide ad petrum. Una est natura siue essentia patris et filii et spiritus sancti. non una persona. Si enim sic esset una persona. sic est una substantia patris et filii et spiritus sancti. veraciter trinitas non diceretur. Rursum quidem trinitas esset vera. sed unus deus trinitas ipsa non esset. si quemadmodum pater et filius et spiritus sanctus personarum sunt ab inuicem proprietate distincti: sic fuissent quoque naturarum diuersitate discreti. Fides autem patriarcharum prophetarum atque apostolorum unum deum

Aug. lib. 8 fide ad petrum.

predicat trinitatem esse. In illa ergo sancta trinitate unus est deus pater qui solus essentialiter de seipso filium unum genuit. et unus filius est qui de uno patre solus essentialiter natus: et unus spiritus sanctus qui solus essentialiter a patre filioque procedit. Hoc autem totum non potest una persona. id est gignere se et nasci de se et procedere de se. Ut enim ait Augustinus in libro de trinitate. Nulla res est que se ipsam gignat ut sit.

Ista est distinctio tertia huius primi libri. In qua magis ostensa in precedenti distinctio personarum trinitate et essentie unitate per scripturas ostendit hoc idem per rationes et creaturas. Et circa hoc quatuor facit. Primo enim ostendit per rationes naturales diuine essentie unitatem. Secundo inquit per similitudinem vestigijs diuinarum personarum pluralitatem. Tertio ostendit utrumque per assimilationem imaginis mentis create. Quarto manifestat omnes assimilationes creaturarum ad deum per insufficientiam et inequitatem. Primum facit a principio distinctio usque ibi. Nunc restat ostendere. Secundum facit ab inde usque ibi. Nunc vero ad ea. Tertium vero subiungit ab inde usque ibi. Verumtamen caueat ne hac imagine. Quartum vero facit ab illo usque ad finem huius distinctio. Et hec est sententia magistri huius distinctio in generali. In speciali sententia magistri in hac distinctio stat in quatuor propositionibus. quarum prima est hec. Unitas diuine essentie potest per rationes naturales quodammodo indagari. Ista propositio probatur primo auctoritate apostoli dicitis. Quia inuisibilia dei a creatura mundi per ea que facta sunt intellecta conspiciuntur. Et exponit quod per creaturam mundi notat hominem propter nature dignitatem et preuenientiam quam habet eorum omni creatura. Et proponit quod homo auxilio naturalis rationis et inspectione creaturarum in cognitionem dei preuenire potest. Secundo probatur unitatem diuine essentie quatuor rationibus. Quarum prima sic formari potest. Quilibet fecit quod nulla creatura facere potest: ille est potentissimus. Sed qui fecit celum et terram ex nihilo. fecit quod nulla creatura facere potest. ille igitur est potentissimus. Sed nullus fecit celum et terram ex nihilo nisi solus deus. igitur solus deus est potentissimus. Hanc rationem confirmat magister auctoritate Ambrosii dicentis. Deus qui natura inuisibilis est ut citius a visibilibus posset sciri. operis fecit quod opus esse visibilitate sui manifestauit. ubi in primo capitulo huius distinctio intellectum rationis predicte aperte explicat. Secunda ratio. Qui fecit omnia mutabilia immutabilissimus est. Sed qui fecit corpora et spiritus mutabiles ille fecit omnia mutabilia. igitur ille immutabilissimus est. Sed ex quo hoc nullus fecit nisi deus. sequitur quod solus deus sit immutabilissimus. Tertia ratio confirmatur magister auctoritate beati Augustini in libro de ciuitate dei dicitis. Viderunt summi philosophi nullum corpus esse deum. ideo cuncta corpora transcendunt querentes deum. Viderunt etiam nullum mutabile posse esse summum bonum omnium principium. Sed quilibet tale oportet esse ab alio. Tertia ratio confirmatur sic. Qui fecit omnia bona et meliora optimus est. Sed qui fecit omnia spiritualia et corporalia est bonissimus. igitur ille est optimus. Sed nullus fecit ea nisi solus deus. sequitur ergo quod ipse solus deus sit optimus. Hanc rationem magister confirmat ex proprijs in tertio capitulo distinctio. Quarta ratio est. Qui fecit omnia pulchra et pulcherrima. pulcherrimus est ipse. sed qui fecit omnia corporalia et spiritualia est bonissimus. igitur ille est pulcherrimus. sed nullus hoc fecit nisi solus deus. igitur solus deus est pulcherrimus. Hanc rationem ponit magister fundamentalem in quarto capitulo distinctio. Et ex his quatuor rationibus magister nititur arguere et probare unitatem diuine essentie. quod patet sic. Nam ipse quatuor rationes

deū esse cōcūdunt. potentissimū. immutabilissimū  
 optimū & pulcherrimū. s; impossibile est q; sunt plu  
 res potentissimū l' ptes immutabilissimū optimū: aut pul  
 cherrimū q; solus deus. quia si essent duo tales. vn<sup>o</sup>  
 esset superfluous: & alter diminutus. quorum vtrun  
 q; est incōueniēs. Relinquat igit; ex his rōib; q; non  
 sit nisi vnus de<sup>o</sup>. & p; sequens prima ppositio vera  
 Scda ppositio est hec. Trinitas diuinay psonarū  
 pōt p; vestigiales similitudines a nobis quōsdā in  
 uestigari. Hanc ppositionē ponit mgf sententiali i  
 quinto capitulo huius distinctionis. vbi transsumit  
 dictam Augustini. vj. de trini. dicens. Opōt; vt  
 creatorem p; ea que facta sunt intellectu cōspiciētes  
 intelligamus. huius enim trinitatis vestigiū appa  
 ret. Hec enī q; arte diuina facta sunt: & vnitatē quā  
 dam in se ostendūt: & spēs & ordinē: q; tribus psonis  
 appropriant. Nam q;libet horū creator & vnū ali  
 qd est: sicut sunt nature corporū & alay. Et aliqua  
 specie formant: sicut sunt figure & q;itates corporū: &  
 & doctrine ac artes alay. Et ordinē aliquem petū &  
 tenet: sicut sunt pondera. collocatōes corporum: &  
 amores vel delectatōes animay. Hec aut; tria tri  
 bus psonis appropriant: & ita in creaturis relucet  
 vestigiū trinitatis. Ex q;bus p; hōicā ppositionē  
 esse verā. Subdit q; p; creaturay cognitiōē suffici  
 ens trinitatis cognitiō haberi nō pōt: sine interio  
 ris inspiratiōis reuelatiōe. Tercia ppositio est hec  
 Diuile essentia vnitatē: ac psonay trinitatē p; imagi  
 nem create mētis possum<sup>o</sup> expōse p; templari. Que p;  
 batur sic. Quecūq; pnt in imagine create cognoscit  
 illa etiā de imagine increata pnt ductu lumis ratiōis  
 natural' speculari. S; in mēte nra inq;itū est imago  
 deitatis possumus cognoscere quōsdā modo vnitatē  
 in trinitate: ac trinitatē in vnitatē. igit; in mēte nra  
 possum<sup>o</sup> expōse contemplari trin: tatem in vnitatē: &  
 eōuerso: vt dicit ppositio. Tenet argumentum et  
 maior. Sed minorē pbat mgf diffuse sic dicit. Si  
 cut in deo est diuina essentia & tres psonē inter se di  
 stincte. & sicut iste tres psonē distinguunt fm varias  
 earū pcessiones. q; pater intelligendo se format v  
 bum. & sic p; modum intellectus pducit filiū. Pater  
 aut; cum filio diligendo seipos mutuo p; modum vo  
 luntatis: simul spirant spūm sanctū. Ita etiam mēs  
 nra cum seipam actuali intelligit: ex memoria pro  
 ducit intellectū. & tandem ex memoria & intellectu p  
 ducit voluntatē. Et sicut psonē diuine int; se sunt eō  
 les: ita q; vna nō est minus q; oēs. neq; omēs sunt  
 magis q; vna. sic queibet harū pōt; harū capit om  
 nes tres. & omēs tres capiūt vnāquāq; ipay. et sic  
 de similib; & sic ppositio vera. Quarta ppositio ē  
 hec. N; nulla imago trinitatis create est sine magna  
 dissimilitudine trinitatis increate representata. Et p  
 batur sic. Inter quecūq; est realis differētia cō no  
 tabili dissimilitudine: inter ea non potest esse simili  
 tudo sine magna deformitate. Sed inter oēm ima  
 ginem trinitatis create & trinitatem increatā est rea  
 lis differētia cum notabili dissimilitudine. Igit; in  
 ter ea nō potest esse dissimilitudo sine magna defor  
 mitate. & p; consequēs vna non potest esse alter<sup>o</sup> ad  
 equate representatiua, vt asserit ppositio pbanda.  
 Tenet argumentū & etiā maior ppositio. S; mino  
 rem ponit mgf in textu: assignās duas diuersitates  
 in q;bus trinitas create differt a trinitate increata.  
 quarū prima est. Q; deus trinitas que est pater filius  
 & spūm sanctus: cui homo fm has tres psonas assimi  
 latur p; tres vires anime sue. cuiusmodi sunt memo  
 ria. intellectus & voluntas. ille tres psonē sunt vn<sup>o</sup>  
 deus essentialiter. & eōuerso vnus deus ē iste tres  
 psonē. sed homo qui p; tres istas vires anime ima  
 go dei dicit: non est iste tres potētē: sed dicitur eas

habere: cuiusmodi deus trinitas est tres persone.  
 Secunda dissimilitudo est. s. q. pater & filius & spiri  
 tus sanctus sunt tres psonē sed memoria. intellect<sup>o</sup>.  
 voluntas non sunt psonē: sed bñ sunt tres potētē  
 vnus psonē. igit; &c.

Hic querit vtrum concedendū  
 sit q; deus se genuerit.

a DI. III

**It** oriturque

stio satis necessaria. Cōstat enī  
 & ineffabili verū est: q; de<sup>o</sup> pater  
 genuit filiū. Ideo querit vtrū pcedēdum  
 sit q; deus genuit deū. Si enī deus genuit  
 deū. vid; q; aut se deū. aut aliū deū genuit.  
 Si vō aliū deū genuit. nō est tm vnus  
 de<sup>o</sup>. Si aut; seipm deū genuit: aliq; res seip  
 sam genuit. Ad qd respondentē dicimus  
 sane & catholice cōcedi q; vnus vnus genuit.  
 & q; deus deū genuit. q; deus p; deū  
 filium genuit. In simbolo q; scriptum est.  
 lumen de lumine: deum verū de deo vero  
 Qd vō addit. ergo genuit se deū v; aliū  
 deum. neutrum pcedendū esse dicimus. Q;  
 aliū deum nō genuit: manifestū est. q; vn<sup>o</sup>  
 tm deus est. Q; aut; seipm nō genuit. osten  
 dit Aug<sup>o</sup>. in. j. li. de trini. dicens. Qui pu  
 tant eius potētē esse deum. vt seipm ipse  
 genuerit: eo plus errant. q; non solū deus  
 ita non est. sed nec spūalis neq; corporalis  
 creatura. Nulla enim res est que seipaz gi  
 gnat vt sit. & ideo non est credendū vel di  
 cendum q; deus genuit se.

Solutio.

Alia questio de eodem.

**Sed** adhuc oppo

nunt garruli ratiocinatores dicentes. Si  
 deus pater genuit deum. aut genuit deum  
 q; est deus pater. aut deum q; non est deus  
 pater. Si genuit deum q; non est deus pa  
 ter. ergo deus est qui non est deus pater. nō  
 ergo vnus tm deus est. Si vō genuit deū  
 qui est deus pater. ergo genuit seipm. Ad  
 quod respondemus determinantes istam  
 ppositionem: qua sic pponunt. Si de<sup>o</sup> pa  
 ter genuit deum. aut deum qui est de<sup>o</sup> pa  
 ter. aut deum qui non est deus pater. hoc  
 enī sane & prae intelligi potest. & ideo re  
 spondendū est ita. Deus p; genuit deū:  
 qui est ipse pater. hoc dicimus esse falsū.  
 & concedimus alteram. s. genuit deum qui  
 non est pater. nec tamen genuit alter; deū:  
 nec ille qui genitus est alius deus est q; pa  
 ter. sed vnus deus cum patre. Si vō addi  
 tur: genuit deum qui non est deus pater.

Responso

b

hoc distinguimus. qz duplici pot intelli-  
gi. Genuit deum q non est deus pater. s. deū  
filiū. qui filius non est pater qui deus est.  
hic sensus verus est. Si vō intelligatur sic  
genuit deum qui non est deus pater. id est  
qui no est deus qui pater est. hic sensus fal-  
sus est. Unus enim et idem deus est pater  
et filius et spiritus sanctus. et econuerso. pater  
et filius et spūs sanctus vnus est deus.

Opinio quorundaz dicentū tres  
personas esse vnum deum. vnaz  
substantiā. sed non econuerso. s.  
vnū deū vel vnā substantiam esse  
tres personas.

**Quidaz tamē ve-**  
ritatis aduersarij concedunt patrē et filium  
et spūm sanctum: siue tres psonas esse vnū  
deum. vnā substantiam. sed tamē nolunt  
concedere vnum deum siue vnā substan-  
tiam esse tres psonas. dicentes diuinā sub-  
stantiā p̄dicari de tribus psonis. non tres  
p̄onas de substantia diuina. Fides autē  
catholica tenet ac predicat. et tres psonas  
esse vnum deum. vnā substantiā siue es-  
sentiā siue naturam diuinā: et vnū deū  
siue essentiā diuinā esse tres personas.

In dicit con-  
tra eos auto-  
ritates Au-  
gustini

Unde Augustinus in p̄mo libro de trini-  
tae ait. Recte ipse deus trinitas intelligitur  
beatus et solus potēs. Ecce q̄ expresse di-  
xit. ipse deus trinitas. vt ostenderet et ipm  
deum esse trinitatem et trinitatem ipm deū  
Item in eodem. In verbis inqt̄ illis apo-  
stoli quibus de aduentu christi agens dicit.  
Quem ostendit beatus et solus potēs: rex  
regum et domin⁹ dominantū. qui sol⁹ ha-  
bet immortalitatem etc. Nec pater proprie  
nominatus est: nec filius: nec spūs sanctus.  
sed beatus et solus et potens. id est vnus et  
solus deus verus qui est ipa trinitas. Ec-  
ce hic aperte dicit vnum solum verū deū  
esse ipam trinitatem. et si vnus deus trini-  
tas est. ergo vnus deus est tres psonae. Itē  
in li. v. de trini. Non tres deos: sed vnum  
deum dicimus esse ipam p̄stantissimaz tri-  
nitatem. Item in li. de fide ad petrum in ex-  
positione simboli. Satis est christiano re-  
rum creatarū causam visibiliū siue inuisi-  
bilibium non nisi bonitate credere creatoris:  
qui est deus verus et vnus. nullamq; esse  
naturaz. que non aut ipse sit: aut ab ipso. cū  
q; esset trinitatem patrem. s. et filium et spūm

Augusti.

sanctum. Itē Aug⁹. in sermone de fide. Cre-  
dimus vnum deum vnā esse diuini no-  
minis trinitatem. Idem in. vj. li. de trini.  
Dicimus deū solum esse ipam trinitatem.  
Ecce his et alijs pluribus autoritatib⁹ cui  
dentes ostendit dicendū esse et credendū.  
qz vnus deus est trinitas. et vnā substantia  
tres psonae. sicut econuerso trinitas dicitur  
se vnus deus. et tres psonae dicuntur esse vnā  
substantia.

Augusti.

Redit ad premissaz questionē. s.  
an deus pater se deū an aliū deū  
genuit.

**Nūc ad premissaz**  
q̄stionē reuertamur vbi querebat. an de⁹  
pater genuerit se deum. an aliū deum? Ad  
qd̄ dicimus neutrum fore concedendū. Dic-  
tū Aug⁹. in epla ad Maximinū. qz de pa-  
ter se alterū genuit: his verbis. p̄bat vt ha-  
beret filium de se ipso non minuit se ipsum.  
Et ita genuit de se alter. se: vt totus maneret  
in se. et esset in filio tantus quantus et solus.  
Ad ita intelligi potest. i. de se alterū a se ge-  
nuit: non vt q̄ alterū deū: sed alteram p̄so-  
nam. vel genuit se alter. i. genuit alterū q̄  
habet qd̄ ipse. Nam si alius sit p̄ q̄ filius: nō  
est tamen aliud sed vnum.

Augusti.

**Hec est quarta distinctio hui⁹ pre-**  
mi libri. In qua maḡ ostenso qz vnitas essentie et tri-  
nitas psonarum in diuinis potest inuestigari seu rō-  
uinci quodāmodo ex vtriusq; testamētī scripturis.  
ac p̄ vestigiū et imaginē repertas in creaturis. In  
cipit determinare de psonarū origine et distinctioe.  
Et p̄tum ad hoc p̄sens distinctio diuidit̄ in tres p-  
tes. In quarū p̄ma determinat quandā questionē.  
In secunda opponit cōtra determinatā: et soluit ob-  
jectionem. In tertia re. robat quandam cōtrariam  
opinionem. Primū agit a p̄ncipio distinctiois vsq;  
ibi. Sed adhuc opponunt. Secundū vō facit ab in-  
de vsq; ibi. Quidaz tamē veritatis aduersarij. Ter-  
tiū vō subiūgit ab inde vsq; ad finē distinctiois. Et  
hec est sententia huius distinctiois in generali. In  
speciali vō sententia maḡistri stat in tribus propo-  
sitionibus. quarū p̄ma est hec. Deū se ipm genuisse  
vel a se alium deum essentialiter generando. p̄dixit  
se: omnino est negandū. Et p̄batur sic. Illud ē sim-  
pliciter apud fideles negandum. quo cōcesso seque-  
retur idem generasse se ipm. vel p̄sēs esse deos. sed  
deū se vel a se essentialiter aliū deū genuisse est h̄mōi.  
igit̄ p̄positio vera. Tenet argumentū. et maior est  
euidēs. sed minorē p̄bat maḡ in lra querēs an hec  
sit vera. Deus genuit deū. et dicit qz sic. qz deus pa-  
ter genuit deū filium. et tū nō sequit̄. ergo genuit se  
deū vel aliū deū. s. aliū in deitate: s; aliū in psonali-  
tate seu in p̄sona. Secūda p̄positio ē hec. Deū patrem  
originasse i. cōnitate vnū deū filium a se p̄ se aliū seia  
p̄sonalitate ē affirmandū. Et so. mar. rō. p̄ h⁹ p̄clusio  
nis p̄batōe sic. Illud ē affirmandū qz vō p̄latos quo

negato sequere in deitate ples esse deos. s3 deum  
 ptem originasse in eternitate vnich deū filiū a se pte  
 altū sola psonalitate est hmoi. ergo hoc est affirman  
 dum. 2 p sequens ppositio vera. Argumētuz ap  
 paret bonū. 2 maior est euidēs. s3 circa minoris pro  
 bacionē pcedit mgr in lra sic. Et supposita delmi  
 natione questionis pmissa: qua dicebat q de genuit  
 deū. 2 tñ nec se nec aliū deum. Arguit. Si dicit ge  
 nuit deum. aut igit deus p genuit deū q est de pa  
 ter. 2 sic idē genuit seipm. aut deus pat genuit deū  
 q non est deus p. 2 sic erunt ples dij. Ad illud ma  
 gister respondendo dicit q ista ppositio. Deus pat  
 genuit deū q non est deus pater. duos potest habe  
 re sensus. Vnus est. Deus genuit deū q nō est deus  
 pater. i. filium q non est pater q deus est. 2 iste sen  
 sus verus est. qz ibi nō not ē alicuius essentie. s3 so  
 lum psonae. Alius autē sensus est. De genuit deus q  
 nō est idem deo cū deo patre. 2 sic est falsa. qz sic i ip  
 sa denotat alicuius essentie seu nature. ad quē sequit  
 ur ples esse deos. quod est impossibile. Tertia pzo  
 positio. Qz tres psonae sunt vna deitas. 2 q vno deo  
 sit trinitas: est a quolibet catholico firmissime tenen  
 dum. Et pbat rōe sic. Illud est firmissime tenendū  
 quo dubitatio esset in fide 2 sanctorū autoritatibus  
 hesitandū. s3 tres psonae esse vnā deitatez: 2 vnum  
 deū esse tres psonas vel trinitate est hmoi. igit eū  
 hoc est firmissime tenendū: vt dicit ppositio. Argu  
 mentū est bonū. 2 maior est vera. sed minoris euidē  
 tiam ponit mgr in textu: pponēs quorūdam opinio  
 nem dicentū. qz hōmē essentiale in diuinitate: cuiusmo  
 di est hoc nomē de: possit pdicari de nomie psonali  
 cuiusmodi est p: dicendo p est de. non tamē econ  
 uerso nomē psonale possit pdicari de noie essentia  
 li: dicendo. deus est p. Etā concedebāt istam. Tres  
 psonae sunt vnus deus. sed negabāt istam. An de  
 est tres psonae. Istam opinionē reprobat mgr in lra  
 dicens: q fm fidem catholicam vtraqz istarū est ve  
 ra. 2 confirmat dictum suū autoritatibus sanctorū.  
 vt patet in lra. igitur 2.

**Hic queritur an pater genuit di  
 uinam essentiam vel ipsa filiū. an  
 essentia genuit essentiam. vel ipsa  
 nec genuit nec genita est.**

DI. V

**Qst hec queri**

**p** tur vtrum concedendū sit qz pat  
 genuit diuinam essentiam. vel qz  
 diuina essentia genuit filiū. vel essentia ge  
 nuit essentiam. an omnino nō genuit nec ge  
 ni: a est diuina essentia? Ad qd catholicis  
 tractatoribz psonentibus dicim. Qz nec p  
 genuit diuinam essentiam. nec diuina essen  
 tia genuit filiū. nec diuina essentia genuit  
 essentiam. Hic autem nomine essentie intel  
 ligimus diuinam naturā: que cōis est tri  
 bus psonis: 2 tota in singulis. Ideo nō est  
 dicendū qz pater genuit diuinam essentiam.  
 quia ergo pater diceret genuisse diuinam  
 essentiam: diuina essentia relatiue diceret  
 ad patrem. vel p relatiuo poneret. Si au  
 tem relatiue diceret: vel p relatiuo pone

Et d pma q  
 re ita sit.

retur non indicaret essentiam. Et eniz ait  
 Aug. in. v. li. de tri. Qd relatiue dicitur: Augusti.  
 non indicat substantiam.

**Secunda ratio.**

**Ite cū deus pater**  
 sit diuina essentia: si ei sit genitor. esset vt  
 qz genitor eius rei que ipse est. 2 ita eadem  
 res seipam genuisset: quod Aug. negat.  
 vt supra ostendimus.

**Tertia ratio et potior.**

**Ite si pater est ge**  
 nitor essentie diuine: cū ipse essentia diuina  
 sit. 2 deus sit. eo qz generat 2 est. 2 deus  
 est. Ita qz nō illud qd generat est a patre  
 deus. sed p eo qz generat 2 est: 2 deus est.  
 2 si ita est. non genito gignens: s3 gignenti  
 genitū causa est. vt 2 sit: 2 deus sit. Simili  
 ratione pbat Aug. in li. vii. de tri. Qz pater  
 nō est sapiēs sapia quam genuit. qz si ea sa  
 piens est: ea est. hoc enī est sibi esse qd sape  
 re. Qd si h est sibi esse qd sape. nō p illā sa  
 pientia quā genuit p sapiens est. Quid  
 enī aliud dicimus: cū dicimus h illi est esse  
 qd sape: nisi eo est quo sapiens est: Ergo  
 q causa illi est vt sapiens sit. etiā ipa illi cā  
 est vt sit. Si q sapia quam genuit illi causa  
 est vt sapiens sit: 2 causa illi est vt sit. Sed  
 causaz patri q sit a pte genitā: nullo mō qd  
 q dixerit sapiam. quid enī est infani? Ita  
 q si pater genuit essentiam qua est: essentia  
 quam genuit causa est illi vt sit. Non q ip  
 saz qua est essentia genuit. Nam in illa sim  
 plicitate in dicit Aug. qz non est aliud sape  
 q esse. eadem est ibi sapia q essentia. Ideo  
 qz qd de sapientia: hoc de essentia dicim.  
 Sicut qz non genuit sapientiam qua sapi  
 ens est. ita nec essentiam qua est. Et enim  
 sapientia sapiens est: 2 potentia potens:  
 ita 2 essentia ipse est. Eademqz sapientia est  
 2 potentia que essentia. Patet itaqz ex pre  
 dictis: quia pater essentiam diuinam non  
 genuit.

Augusti.

**Hic aduersari videt Aug.**

**Huic autē videtur**  
 contrarium qd Aug. ait in lib. de fide ad  
 petrum. Deus cuz verbū genuit: id quod  
 ipse est genuit. nec de nihilo nec de aliqua  
 iam facta conditaz materia. sed de seipso

Augusti.

b 2

Id qd ipse est. Item deus pater qui verissime se indicare animis cognitur et voluit et potuit. hoc ad seipsum indicandum genuit. qd est ipse qd genuit. Ecce aperte dicitur his verbis deus patrem genuisse illud qd ipse est. Illud autem qd ipse est: non est nisi diuina essentia. videtur qd diuinam essentiam genuisse. Ad qd respondemus illa verba sic intelligenda esse dicentes. Pater de seipso genuit illud qd ipse est id est filium qd est illud qd pater est. Nam qd pater est. et filius hoc est. sed non qd pater est. et filius hic est.

**Alia pres questionis exequitur. e**  
**Ita etiam non est dicendum** qd diuina essentia genuit filium. quia cum filius sit diuina essentia. iam esset filius res a qua generatur. et ita eadem res seipsum generaret. Ita etiam dicimus qd essentia diuina non genuit essentiam. Cum enim una et summa que dam res sit diuina essentia si diuina essentia essentiam genuit: eadem res seipsum genuit. qd oino esse non potest. sed pater solus genuit filium. et a patre et filio procedit spiritus sanctus.

**Que videantur predictis esse contraria.**

**Predictis autem videtur** de. ur. trinum esse qd dicit Augustinus in lib. vii. de tri. hoc inquit est deo esse qd sapere. unde pater et filius simul sunt una sapientia. quia una est essentia. et singulatim sapientia de sapientia: sicut essentia de essentia. Ecce his verbis aperte dicit Augustinus. sapientiam de sapientia: et essentiam de essentia. ubi videtur significare qd sapientia sapientiam: et essentia genuerit essentiam. Idem in li. de fide ad petrum ait. Sic christum dei filium. i. unam ex trinitate personam deum verum crede. ut diuinitatem eius de natura patris nati esse non dubites. Hic videtur dicere qd natura filij signata de natura patris. Idem in li. xv. de tri. ait. Dicitur filius consilius de consilio. et voluntas de voluntate. sicut substantia de substantia. sapientia de sapientia. Et hic videtur dicere qd substantia sit genita de substantia. et sapientia de sapientia. Sed hoc ita determinamus. sapientia de sapientia. et substantia de substantia. id est filius qui est sapientia. qui est substantia. est de patre qui est eadem substantia et sapientia. et filius qui est diuinitas: natus est de patre qd est natura diuina. Et ut expressius dicamus dicimus filium sapientiam esse de patre sapientiam.

Augusti.

Augusti.

De eliminatio eorum qd videtur contraria

et dicimus filium substantiam esse genitum de patre et a patre substantia. Et autem ita intelligitur de beato Augustino. ostendit in li. vii. de tri. dicens. Pater ipse sapientia est: et dicitur filius sapientia patris. quo modo dicitur lumen patris. id est sicut lumen de lumine. et vterque unum lumen. sic intelligatur sapientia de sapientia. et vterque una sapientia et una essentia. Item ideo christus dicitur virtus et sapientia dei. quia de patre virtute et sapientia etiam ipse virtus et sapientia est. sicut ipse lumen de patre lumine est. et ipse fons vite est apud deum patrem fontem vite. Filius ergo sapientia de patre sapientia est. sicut filius lumen de patre lumine. et deus filius de deo patre. ut et singulis sit lumen et singulis deus. et singulis sapientia. et singulis unum lumen. unus deus: una sapientia. Ecce manifeste his verbis aperit Augustinus. ex quo sensu accipienda sunt predicta verba et his similia. scilicet cum dicitur substantia de substantia. vel substantia genuit substantiam.

Augusti.

**Quod videtur predictae expositioni contrarium.**

**Huius vero etiam in contrarium** videtur quod Hieronymus ait in iij. li. de trini. Nihil inquit nisi natum habet filius. et geniti honoris admiratio in honore generantis est. Cum ergo filius essentiam habeat. tota enim in eo est diuina essentia. videtur qd ipsa diuina essentia nata sit. Item in. v. li. ait. Natiuitas dei non potest eam ex qua puera est non tenere naturam. nec enim aliud qd deus subsistit quod non aliunde qd de deo subsistit. Ecce hic dicitur natiuitas dei puera ex natura. et ita videtur ex his verbis atque predictis natura dei et genita et genuisse. Quod aptius dicit in li. ix. de trinitate. Nos inquit unigenitum deum in forma dei manentem: in natura dei mansisse profiteamur. nec unitatem forme seruilem in naturam diuine unitatis refundimus. nec rursum corporali insinuatione patrem in filio predicamus. Sed ex eo eiusdem generis genitam naturam naturaliter in se gignentem habuisse naturam: que in forma nature se gignentis manens: formam nature et infirmitatis corporalis accepit. Non enim defecerat dei natura ne esset. sed in se humilitate terrene natiuitatis manens sibi dei natura susceperat. generis sui potestatem in habitu assumpsit humanitatis exercens. Ecce hic aperte dicitur et naturam genu-

Hieronymus

Hieronymus

Hieronymus  
 Quia natura dei in forma sua manens formam nature et infirmitatis corporalis accepit.

isse. et naturam genitam: et naturam assumpsisse naturam. quod a plerisque negat. Item in eodem. Nunquam unigenito debet contumelia est preter se sibi innascibile deum esse. cum ex innascibili deo natiui: as unigenita in naturam unigenitam subsistat. Ecce et hic dicit unigenitam naturam.

Quomodo sint intelligenda premissa verba Hilarij.

**Hylarius** **Sed quia hec verba**

sane vult intelligi. ipse idem dicit in. liij. li. Intelligentia dictorum ex causis est assumenda dicendi. quod non solum res: sed rei est sermo subiectus. Hec ergo verba ita intelligi possunt. Nihil habet filius nisi naturam. id est nihil habet nisi quod deus est. nisi quod nascendo accepit. et ipse nascendo patris in se subsistentem naturam habuit. Unde idem Hylarius addit in. v. li. Eandem naturam habet genitus: quia ille qui genuit. ita in ut natus non sit ille qui genuit. Nam quomodo erit pater ipse cum genuit? Sed in his ipsis subsistit ille qui genuit est. in quibus totus est ipse qui genuit. quod non est aliunde qui genuit est. et ideo non refert ad aliud: quod in uno subsistit ex uno. Ac si in generatione filij et naturam suam. ut ita dicam: sequitur indemutabilis deus indemutabilem deum gignens. nec naturam suam deserit ex indemutabili deo indemutabilis dei perfecta trinitas. Subsistentem ergo in eo dei naturam intelligamus: cum in deo deus insit. Nec propter eum qui deus est quisquam deus alius sit. quia ipse deus. et in eo deus. Nature ergo dei patris veritas in deo filio esse docetur: cum in eo deus intelligitur esse qui deus est. Est enim vnus in vno. et vnus ab vno.

Et legitur pro de sua substantia genuisse filium substantie patris.

**Dicitur quoque et frequenter**

**Augusti.** in scriptura sacra legitur. Patet de sua substantia genuisse filium. Unde Augustinus in li. de fide ad petrum ait. Patet deus de nullo genitus deo. semel de sua natura sine initio genuit filium deum sibi equalem. et eandem qua ipse naturaliter eternus est diuinitate: e coeternum. Ecce hic dicit Augustinus filium genitum de natura patris. Est autem vna natura patris et filij et spiritus sancti. Si ergo de natura patris genitus est filius: genitus est de natura filij et spiritus sancti. imo de natu-

ra trium personarum. Idem quoque Augustinus in Augusti. lib. xv. de trinitate. dicit christum esse filium substantie patris. et de substantia patris genitum. tractans illud verbum apostoli loquentis de deo patre sic. Qui eruit nos de potestate tenebrarum. et transfudit in regnum filij charitatis sue. Quod dictum est inquit: filij charitatis sue. nihil aliud intelligatur quam filij sui dilecti. quam filij substantie sue. Charitas quippe patris que in natura eius est ineffabiliter simplici. nihil est aliud quam ipsa natura atque substantia. ut sepe diximus: et sepe iterare non piget. ac per hoc filius charitatis eius nullus alius est: quam qui de substantia eius est genitus. Ecce hic aperte dicit Augustinus filium esse genitum de substantia patris. et filium esse patris. Idem quoque Augustinus in lib. ij. contra hereticum Maximinum. subam dei genuisse filium. et filium genitum de substantia patris asserit dicens. Carnalibus cogitationibus pleni substantiam dei de seipsa genere filium non putatis. nisi hoc patiamur quod substantia carnis patris quando gignit. Errat non scientes scripturas neque virtutem dei. Nullo enim modo verum dei filium cogitatis. si cum natum esse de substantia patris negatis. Non enim iam erat hominis filius. et deo donante factus est dei filius. ex deo natus: gratia: non natura. An forte et si non hominis filius erat. tamen iam aliqua erat qualiscunque creatura. et in dei filium deo mutante conuersa est. Sed nihil horum est. sed aut de nihilo. aut de aliqua substantia natus est. Sed ne crederemus vos putare de nihilo esse dei filium: affirmatis non vos dicere de nihilo esse dei filium. De aliqua ergo substantia est. Et si non de substantia patris. de qua sit dicite: sed non inuenietis. Nam si unigenitum dei filium Iesum christum de patris esse substantia: non vos nobiscum pigeat confiteri. Idem in eodem. Utrique legimus ut simus in vero filio eius Iesu christo. Dicite quoque nobis: utrum iste verus dei filius ab eis qui gratia filij sunt quidam proprietate discretus: de nulla substantia sit. an de aliqua. Non dico inquit de nulla. nec dicam de nihilo. sed de aliqua substantia est. Quero de qua: Si non de patris substantia est: aliam quere. Si aliam non inuenies: patris agnosce substantiam. et filium cum patre homomouision confitere. Idem in eodem. Confiteor deum preter omnino incorruptibiliter genuisse. sed quod est ipse genuisse. Item dico quod sepe dicendum est. aut de aliqua substantia est natus dei filius. aut de nulla. Si de nulla. ergo de nihilo. quod vos iam non di-

Augusti

homomouisionis vng. 162

b 5

titis. Si igitur de aliqua, nec tamen de patris  
substantia, non est verus filius. Si vero de patris  
substantia: unius eiusdemque substantie sunt  
pater et filius. Nos autem nec filium de sub-  
stantia patris genitum vultis, et tamen eum  
nec ex nihilo, nec ex aliqua materia, sed ex  
patre esse conceditis, nec videtis quod neces-  
se sit, ut qui non ex nihilo nec ex aliqua alia  
re: sed ex deo, nisi ex dei substantia esse non possit,  
et hoc esse quod deus est de quo est, id est de  
deo natus est: quia non alius prius fuit, et na-  
tura coeterna de deo est.

Colligēs summā p̄dictorum apit  
ex quo sensu accipienda sint.

**H**is verbis p̄mis-  
sis inuē videt, quod diuina substantia filium genuit,  
et quod filius sit genitus de substantia patris: et quod  
de deo est natura coeterna, et quod pater id  
quod ipse est genuit. Id autem quod ipse est  
diuina essentia est, et ita putari potest diui-  
nam essentiam genuisse. Vehementer mo-  
uent nos hec verba: que quomodo intelli-  
genda sint, mallem magis ab alijs audire:  
quod tradere. At tamen sine p̄iudicio atque temeri-  
tate loquar: ex hoc sensu dicta possunt ac-  
cipi. Natura coeterna de deo est, id est filius co-  
eternus patri de patre est, ita quod est eadem  
cum eo natura vel eiusdem nature. Que senten-  
tia confirmat Augustinus, ibidem subiiciens, et  
quod dixerat quasi explanans. Dicit enim natu-  
ra coeterna est de deo: addidit, quod est aliud  
filius quam illud de quo est, id est unius eiusdem  
substantie est. Deinde apertius talem intellectum  
ex predictis verbis fore habendum aperit  
in eodem libro contra Maximinum dicens,  
Trinitas hec unius eiusdemque substantie est, quia  
non de aliqua materia vel de nihilo est fi-  
lius, sed de quo est genitus. Itemque sp̄s  
sanctus non est de aliqua materia vel de ni-  
hilo est, sed inde est unde p̄cedit. His uti-  
que verbis aperte ostendit ea ratione dici filium esse de  
substantia patris qui est de patre genitus, ita quod est  
eiusdem substantie cum eo, et sp̄m sanctum esse de sub-  
stantia patris et filii, quod ab utroque p̄cedit, ita  
quod est eiusdem substantie.

Ex nec filius nec sp̄s sanctus est de  
nihilo, sed de aliquo, non tamen  
de materia.

**D**istēditur quoque  
ex illis verbis filium et sp̄m sanctum non esse de ni-

hilo sed de aliquo, nec tamen de aliqua materia.

Un̄ etiam Hilarius in. xij. de tri. ait. Un̄ Hilarius  
genitus de? cum natus sit: p̄rem testat au-  
tozem, cum ex manente natura est: non est natura  
ex nihilo, et cum ante tempus natus est: om-  
nem sensum p̄uenit nascendo. Hic apte di-  
citur quod filius non est natus ex nihilo. Si-  
militer et sp̄s sanctus non est dicendus esse  
vel p̄cedere ex nihilo, quod filius de substan-  
tia patris natus est, id est a patre est, cum  
quo eiusdem substantie est et eadem substan-  
tia. Ex quo sensu accipiendum etiam est il-  
lud, pater genuit id quod ipse est, id est fi-  
lium qui est hoc quod pater. Et hoc ita de-  
bere intelligi Augustinus, aperit dicens in primo  
libro contra Maximinum, hoc genuit pa-  
ter quod est, alioquin non est verus filius:  
si quod est pater non est filius. Item substan-  
tia dei genuit filium, id est pater substantia ge-  
nuit filium qui est eadem substantia et eius-  
dem substantie. Quod sic esse intelligendum  
Augustinus, ostendit dicens ad Maximinum,  
Sicut dicitis: sp̄s sp̄m genuit, ita dicit spi-  
ritus eiusdem nature vel substantie sp̄m  
genuit. Item sicut dicitis: deus deum genuit  
ita dicit, deus eiusdem nature vel substantie  
deum genuit. Hoc si credideris et dixeris:  
nihil de hac re vltcrius accusaberis. His  
enim verbis aperit quomodo p̄dicta debeant in-  
telligi. Similiter filius natus est de substantia  
patris, vel pater genuit filium de sua natu-  
ra siue essentia, id est de se natura et essentia ge-  
nuit filium eiusdem essentie ac nature, et quod  
est eadem essentia ac natura. Sicut expone il-  
lud, filius substantie patris: et filius patris substantie, id  
est substantia cum quo et filius eadem substantia est, quod co-  
substantialis est patri filius. Et h̄ sensus ad-  
iuuat ex his verbis Augustinus, qui in li. v. de tri.  
ait, Tres personas eiusdem essentie, vel tres  
personas unam essentiam dicimus. Tres autem  
personas ex eadem essentia non dicimus, quasi  
aliud ibi sit quod essentia est, aliud quod per-  
sona. His verbis ostendit non esse dicendum  
personam esse ex essentia: nisi ex sensu predi-  
cto. Qui sensus confirmat etiam ex eo quod in  
li. xv. de trini. idem ait. Sicut nostra scientia scientie  
dei, sic et nostrum verbum quod nascitur de no-  
stra scientia dissimile est illi verbo dei quod natum  
est de patris essentia. Tale est autem ac si dice-  
rem, de patris scientia, de patris sapientia, vel quod  
est expressius de patris essentia, de patris scientia, de  
patris sapientia. Ex hoc itaque intellectu verbum  
dei patris unigenitus filius per omnia patri  
similis et equalis recte dicitur deus de deo,  
lumen de lumine, sapientia de sapientia, essen-

Augusti.

Augusti.

Augusti.

na de essentia. qz hoc est oino qd pr: no tn pater. qz iste filius: iste pater.

Quare verbum patris dicat filii nature.

Inde e q sol vni- genitus dei dicat natura filius. qz eiusdem nature est. z eadem natura est cu pre. In hylarius in li. de trini. de chrissto loquens. Natura filius est. qz eandem naturam quas ille qui genuit: habet.

Hylarius

Ista est distinctio quinta In qua magister ostenso q in diuino sit generatio: inquit an essentia sit generatio terminus. Et circa hoc tria facit. Nam pmo mouet z determinat questionem. De cundo inducit instantiam z oblectionem. Et tertio quarunda subdit autoritatem expositionem. Primum agit a principio distinctionis vsqz ibi. Predictis aut videt esse contrarium. Secundum ab inde vsqz ibi. Ostendit quoqz ex illis. Tertium ab inde vsqz ad finem totius distinctionis. In speciali vero sententia magistri stat summarie in tribus propositionibus. quarum prima est hec. Diuina essentia non est generata nec generata. Et probatur sic. Illud non est concedendum quo concessio sequitur essentia diuina non esse essentiam: vel eandem rem generasse seipsum. vel esse a seipsa genita. sed essentia diuinam originare seu esse genitam est homini. igitur Tenet argumentum: z maior est nota. sed minoris probationem magister in ista introducit sic querendo. An huiusmodi propositiones sint concedende. Primum dicitur nam essentiam. Diuina essentia genuit filium. Diuina essentia non est generata: nec creata. Et respondendo dicit intentum suum. scilicet q diuina essentia non sit genita nec generata. qd probat tribus rationibus. quarum prima est talis. Omne quod generat relative dicitur. igitur si essentia diuina generat: relative dicitur. quod falsum est. quia tunc non significaret absolute substantiam. Secunda ratio talis est. Pater est diuina essentia. si igitur pater genuit diuinam essentiam. tunc genuit seipsum. z illud ite re non potest. Tertia ratio talis est. Pater per diuinam essentiam habet esse. si igitur pater genuit diuinam essentiam: tunc pater haberet esse per illud quod est generatum ab ipso. quod est falsum. quia generatum a generante habet esse. z non generatum a genito. Addit etiam magister q simili modo probat Augustinus. qz pater non est sapiens sapientia genita. si enim pater esset sapiens per illam sapientiam quam genuit. cum idem sit ei sapes z esse. seque q haberet esse per illud z ab illo quod genuit. quod non potest stare. Secunda propositio. Quia qz filius z spiritus sanctus non sint alia qz ipsa diuina essentia. tamen producti sunt ambo realiter. Hanc propositionem magister inuenit fugat obijciendo contra hoc quod dictum est. scilicet qz pater non genuit diuinam essentiam. Nam dicit pater genuit illud quod ipse est. sed illud quod ipse est: est diuina essentia. igitur genuit diuinam essentiam. Et magister rñdet qz illa pater genuit id quod ipse est. sic debet intelligi. scilicet pater genuit filium. eo qz essentialiter est idem cum ipso. Tandem ostenso q non est concedendum qz essentia genuit filium eo qz sequeretur idem generasse seipsum. magister exponit autoritates sanctorum. scilicet Augustini z Hilarij que videntur predictis obuiare dicens qz essentia filij sit de essentia patris. De autoritates sunt sic exponende seu intelligende. filius qz est essentia: est de patre qz est essentia. z sic de alijs. Tertia propositio est hec. filius

z spiritus sanctus sunt producti: non tamen de nihilo. sed de aliquo. licet non de aliquo materialiter. Hanc propositionem probat magister exponendo autoritates dicentes patrem de sua substantia filium genuisse. Et dicit qz homini autoritates sunt sic exponende. Primum genuit filium de sua substantia. z non genuit eum de nihilo. sed genuit talem qz est eiusdem nature cum ipso. Hanc expositionem magister confirmat per multas autoritates que patent in ista. igitur etc.

Utrum pater voluntate genuit filium an necessitate. et an volens vel nolens sit deus.

DI. VI

Reterea que

ri solet. vtrum pater genuerit filium voluntate an necessitate. De hoc Proclus ad Augustinum. ita ait. Voluntate genuit pater filium: vel necessitate. sed nec voluntate: nec necessitate. quia necessitas in deo non est. si ire voluntas sapiens non potuit. Quocirca ut Augustinus ait in. xv. li. de tri. Rñdenda est dialectica Eunomij: a quo Eunomiani heretici orti sunt. Qui cum non potuissent intelligere nec credere voluissent vni genitum dei filium vobis dei esse natura. id est de substantia patris genitum non nature vel se dixit esse filium. sed filium voluntatis dei. volens asserere accedente deo voluntatem: qua gigneret filium. sic nos aliquid aliquid volumus quod antea non volebamus. propter quod mutabilis intelligitur nostra natura. quod absit ut in deo esse credamus. Dicamus ergo verbum dei esse filium dei natura: non voluntate ut docet Augustinus in. xv. li. de tri. vbi quedam catholicum heretico respondentem commendat dicens. Acute sane quidam rñdit heretico vniuersissime interroganti. vtrum deus filium volens vel nolens genuerit. ut si diceret nolens: absurdissima dei miseria sequeretur. Si autem volens continuo quod intendebat consideret scilicet non nature esse filium: sed voluntatis. At ille vigilantissime vicissim quæsit ab eo. Utrum deus pater volens aut nolens sit deus. ut si rñderet: nolens. sequeretur gradus absurditas z miseria: quia de deo credere magis est insania. Si autem diceret: volens. rñderet ei. ergo z ipse voluntate sua deus est: non natura. Quid ergo restabat nisi ut obmutesceret sua interrogatio: obligatus indissolubili vinculo se videns. Ex predictis docet non esse concedendum qz deus voluntate vel necessitate. vel volens vel nolens sit deus. Item qz voluntate vel necessitate vel volens vel nolens genuerit filium.

Augusti. Opinio cuiusdam heretici

Oppositio contra predicta.

Sed contra hoc op-

b 4

ponit sic. Voluntas dei est natura siue esse  
tia dei. q. nō ē aliud deo esse. aliud velle. et  
ideo sicut vna est essentia triū psonar. ita  
et vna voluntas. Si igitur deus natura de<sup>o</sup> ē. et  
voluntate deus est. et si verbum dei natura fi-  
lius dei est. et voluntate filius dei ē. Hoc au-  
tem facile ē refellere. Nam et p̄scia dei siue sci-  
entia q̄ scit vel p̄scit bona et mala: diuina na-  
tura siue essentia est. et p̄destinatio siue vo-  
luntas eius eadē diuina essentia est. nec ē  
aliud deo scire et velle q̄ esse. et cū sit vnus  
et idē scia dei v̄ voluntas. nō t̄m d̄r de volū-  
tate q̄cqd̄ dicit de scia et conuerso. nec om-  
nia illa sua voluntate deus vult q̄ sua scien-  
tia scit. cū sua scia nouerit tā bona q̄ mala.  
voluntate aut non velit nisi bona. Scientia  
q̄pe dei et p̄scia de bonis est et mal. volun-  
tas v̄o et p̄destinatio de bonis est t̄m. et t̄m  
vnus et idē in deo est scia et voluntas et p̄sci-  
entia et p̄destinatio. Ita cū vnū sit natura  
dei et voluntas. dicit tamen pater genuisse  
filium natura: non voluntate. et esse deus na-  
tura: non voluntate.

Qualiter intelligēda sint illa ver-  
ba p̄ nec volēs nec volēs de<sup>o</sup> est.  
nec volēs nec volēs genuit filium. c

Dylarius in  
li. 8 synodis  
Eos q̄ dicūt  
de nō errātī-  
bus ē filius  
dei. s̄t q̄ di-  
cunt q̄ neq̄  
consilio neq̄  
volūtate p̄  
genuit fili-  
um: anathe-  
marizat scē  
ecclia. Itē si  
q̄s nolētē pa-  
tre dicat na-  
tū filius: ana-  
thēa sit. Nō  
enī nolentē  
p̄e coactus  
p̄. vel natu-  
rali nēitate  
duct<sup>o</sup> cū nol-  
let genuit fi-  
lium. sed mox  
voluit siue  
tēpe et impos-  
sibiliter ex se  
vniuersū de  
monstrauit.

### Predicta t̄m v̄ba

q̄bus prudenter dictum est: q̄ deus pater  
nec volens nec nolens est de<sup>o</sup>. nec nolens  
nec volēs genuit filium. siue voluntate siue ne-  
cessitate. ex tali sensu vident accipiēda. vt  
voluntate p̄cedentē v̄l accedētē: intelliga-  
mus q̄liter Eunomius intelligebat. Non  
enī ipse de<sup>o</sup> est voluntate p̄cedētī v̄l efficiētī  
vel volēs p̄usq̄ deus. nec voluntate p̄cedē-  
tī v̄l accedētī genuit filium. nec p̄us volens  
q̄ generās genuit filium. nec p̄us generans  
q̄ volēs genuit filium. volens t̄m genuit: sic  
potēs genuit. et bonus genuit filium. et sapi-  
ens genuit. et h̄mōi. Si enī p̄ sapiēs et bo-  
nus dicit genuisse filium: cur non et volens?  
Cū ita sit deo idem esse volentem q̄ est eē  
deum. sicut idem est esse sapientē q̄ est eē  
deum. Dicam<sup>o</sup> igitur q̄ p̄ sicut sapiēs. ita vo-  
lens genuit filium. sed nō voluntate p̄cedentī  
vel accedētī. Quē sensum apit Aug<sup>o</sup>. et  
p̄firmatū dicit sup̄ eplam ad Eph. De  
filio dei. i. d̄no n̄ro Iesu xp̄o scrip̄tū est. q̄  
cuz p̄re sp̄ fuit. et nunq̄m cū vt esset paterna  
voluntas p̄cessit. et ille quidem natura fi-  
lius est.

Hec ē distinctio sexta In quama-  
gister ostēdo q̄ cēnta diuina nō po s̄t cē termin<sup>o</sup> ge-  
neratiōis. incipit agere de potētia generatiōis. Circa  
q̄d̄ tria facit. Primo ostēdit quōd p̄ nec voluntate nec  
necessitate filium genuit. Secundo p̄tra illud replicando  
rōe q̄dam obijcit. Tertio post digressiōē ad p̄ncipā  
le intentū redit. Prīmū istoz facit a p̄ncipio distin-  
ctiōis vsq̄ ibi. Sed cōtra hoc opponit. Secūdo v̄o  
ab inde vsq̄ ibi: Predicta t̄m v̄ba ē. Tertū ab in-  
de vsq̄ ad finem distiuctiōis. In sp̄cālī m̄gr̄ senten-  
tiam hac distiuctiōe stat in tribus p̄positiōib<sup>o</sup>. qua-  
rum p̄ma est hec. Nō est catholice sentiendū deū pa-  
trem genuisse filium necessitate cogēte. aut voluntate p̄-  
cedēte. Et p̄bat sic. Illud nō ē catholice sentiendū  
quo p̄cesso sc̄q̄ deū aut esse miser aut mutabilez. et  
filium dei nō esse naturalē filium. s̄ p̄rem genuisse filium  
necessitate cogēte: aut voluntate accedēte ē h̄mōi. Igitur  
illud nō ē sentiendū. Argumētū ē notū et maior  
s̄ minorē ponit m̄gr̄ in textu: r̄ndēdo ad questionē  
istā. Utrū p̄ genuit filium ex necessitate aut voluntate  
Utrū r̄ndēdo dicit. Nec genuit cū necessitate. q̄ si  
sic. t̄m genuerit cū nō potuit eū nō generare. t̄m ne-  
cessitas coactiōis caderet i deū: q̄d̄ nō ē dicēdū. cuz  
ipse sit summe liber. Nec voluntate. s̄. accedēte. s̄. q̄ p̄  
us vellet filium generare q̄ ipm genuit. vt si staret in  
e<sup>o</sup> libera p̄re vt generaret si vellet. et non genera-  
ret si nollet. q̄ sic caderet mutabilitas in deū: q̄d̄ est  
inobueniens. Ita patet in ista autēitate b̄i augu.  
Secūdo p̄positio est hec. Ex diuine nature et voluntate  
idēptitate argui nō pot̄ filium natura ē filium voluntate  
Istam p̄positiōē p̄bat m̄gr̄ in ista soluēdo argu-  
mentū hereticoz: q̄d̄ facit in ista materia dicētes.  
In diuisiōe idēz sunt natura et voluntas. Si igitur p̄ ge-  
nuit filium natura: vidē: etiā q̄ genuit ipm voluntate.  
ad q̄d̄ m̄gr̄ r̄ndēdo dicit. Ex quo in diuisiōe natura et  
voluntas differūt rōe v̄l cōnotato. ideo non obstat q̄  
sint idē idēptitate absoluta. nō t̄m sunt idē idēptita-  
te formali. q̄ aliq̄d̄ p̄t cōuenire nature q̄d̄ nō p̄ue-  
nit voluntati. et p̄ p̄is nō ē in cōueniēs filium esse filium  
natura et nō voluntate. Et p̄firmat hoc p̄ sic. Nā v̄q̄  
litas dei et scia eius sunt idē. et differūt rōe vel cō-  
notatiōe. q̄ scia cōnotat aliq̄d̄ cē i deo q̄d̄ nō cōno-  
tat voluntas. et cōtra. q̄ rōe scie sue p̄uenit deo sci-  
re et cognoscere malū. nō t̄m rōe voluntatis sue cōue-  
nit sibi velle et app̄obare malū. et ita ē i p̄posito. igitur  
p̄positio vera. Tertia p̄positio. Solū nēcitas  
in cōmutabilitatis ac voluntas cōmunicabilitatis cō-  
currūt ad eternā filij dei generationē. Ita p̄positio  
p̄bat sic. Illa nēcitas p̄currūt ad etnā filij dei p̄du-  
ctiōē: sine q̄b<sup>o</sup> impossibile ē deū eē deū. s̄ de nēcitas  
est de<sup>o</sup> nēcitate in cōmutabilitatis. et voluntate cōica-  
bilitatis. igitur ista duo ad p̄ductiōē filij dei p̄currūt  
Tenet argumētū et maior: s̄ minorē ponit m̄gr̄ i te-  
xtu saltē finalit. vbi rep̄bēdit quēdā hereticū q̄ dixit  
rat p̄rem generasse filium voluntate p̄cedēte v̄l accedē-  
te vel efficiēte. et sic prius fuisse volēs q̄ generans.  
q̄d̄ falsum est. igitur p̄positio apparet vera.

Hic querit an pater potuerit vel  
voluerit gignere filium. a

### Ita solet queri OL. VII.

b a quibusdam. vtrum pater po-  
tuerit v̄l voluerit generare filium  
Si enim inquit potuit vel voluit genera-  
re filium. ergo potuit aliquid et voluit: q̄d̄

**S**ive enim sit vnitas amboꝝ. siue sanctitas. siue charitas. manifestum est quod non aliq̄s duozum est quo vterque coniungit. quo genitus a gignente diligitur. genitorque suum diligit. sintque non participatio. sed essentia sua. nec dono superioris alicui: sed proprio suo fruantes vnitate spiritus in vinculo pacis. Ecce habes spiritum sanctum esse quo filius diligit a patre. et pater a filio. et quo illi duo fruunt vnitate pacis. Spiritus sanctus. vt ait Augustinus. in eodem. commune est aliquid patris et filii. quicquid illud est. At ipsa communio consubstantialis et coeterna est. que si amicitia conuenienter dici potest: dicat. sed aptius dicitur charitas. et hec quoque substantia. quod deus substantia est. et deus charitas est. Tria ergo sunt et non amplius vnus diligens eum qui de illo est. et vnus diligens eum de quo est et ipsa dilectio. Que si nihil est: quod de dilectio est: Si non est ista: quomodo deus substantia est.

Et spiritus sanctus sicut communis est patri et filio. ita commune nomen habet proprium.

**H**ic notandum est

quod sicut spiritus sanctus in trinitate specialiter charitas que est patris et filii vnio. ita et nomen tenet proprie. quod patri et filio communiter quodammodo congruit. Unde Augustinus. in xv. li. de trinitate. Si charitas inquit qua pater diligit filium: et patrem diligit filius ineffabilem communionem demonstrat amboꝝ. quid conuenientius quam vt ille proprie dicatur caritas: quod spiritus est communis amboꝝ. Hoc enim sanius creditur et intelligitur: vt non solum spiritus sanctus caritas sit in illa trinitate. Sed

non frustra proprie charitas nuncupetur. propter illa que dicta sunt. sicut non solus in illa trinitate vel spiritus est vel sanctus. quod et pater spiritus. et filius spiritus. et pater sanctus. et filius sanctus. et tamen ipse non frustra dicitur spiritus sanctus. Qui enim est communis amboꝝ. id vocatur ipse proprie quod amboꝝ communiter. Alioquin si in illa trinitate solus spiritus sanctus est charitas. pater et filius non solus patris: sed etiam spiritus sancti filius inuenitur. At enim apostolus de deo patre. Transfudit nos in regnum filii charitatis sue. Si ergo non est in ista trinitate charitas dei nisi spiritus sanctus: filius est etiam spiritus sancti. Sed quod absurdissimum est: restat vt non solus ibi sit charitas spiritus sanctus. sed propter ista de quibus satis disserui proprie sic vocatur.

**I**sta est distinctio decima. In qua magister postquam egit de generatione filii a patre: incipit agere de processione spiritus sancti ab utroque. scilicet a patre et filio. Et circa hoc tria facit. Primum enim ostendit spiritum sanctum amorem esse patris et filii. et persequens procedere per modum voluntatis. Secundo subiungit quod amor conuenienter appropriatur persone spiritus sancti. Tertio concludit quod etiam spiritus sanctus conuenienter nominatur nomine eodem. scilicet conuenienti tam patri quam filio. quorum quilibet est et potest dici spiritus sanctus. Primum facit a principio distinctionis vsque ibi. Sic manifestauit se dixisse. Secundum subiungit ab inde vsque ad finem distinctionis. Et hec est sententia magistri in hac distinctione in generali. In speciali sententia magistri habet in tribus propositionibus: quarum prima est hec. Charitas seu amor essentialiter spiritus sancto appropriatus est communis toti trinitati. Et probat sic. Sicut se habet sapientia ad totam trinitatem et ad filium. ita se habet amor: ad trinitatem et ad spiritum sanctum. sed sapientia essentialiter dicta conuenit toti trinitati: et tamen appropriatur filio. igitur charitas seu amor potest conuenire toti trinitati. et tamen appropriari spiritus sancto: vt astruit propositio. Argumentum patris et maior: sed minorem probans magister in textu. proponit primo quod spiritus sanctus sit amor vel dilectio patris et filii. quod probat autoritate. b. Augustini. xliij. de trinitate. dicens. quod spiritus sanctus nec patris est solius. nec filii est solius: sed amboꝝ. Et ideo commune quo inuicem se diligunt pater et filius nobis insinuat charitatem. Postea remouet magister quandam dubitationem exortam ex dicto. xliij. c. primo canonice sue vbi dicit. De charitate est. Di. aliq̄s: si spiritus sanctus est amor siue dilectio et charitas. Cur tunc Iohannes non dixit: Spiritus sanctus charitas est. sed dixit. De charitate est: relinquens nobis sub dubio: an intendat ibi de tota trinitate loqui aut de aliqua persona in speciali? Ad quod respondet magister quod charitas dilectio seu amor licet sit eodem toti trinitati. tamen quousque appropriatur persone spiritus sancti. sicut etiam sapientia communis est omnibus personis. tamen specialiter appropriatur filio. Etiam quousque nomen legis eodem sit toti veteri testamento. appropriatur tamen legi Moysi. Ex quibus similes sumptus patris propositionem esse veram. Secunda propositio est hec. Charitas seu amor personaliter nulli alteri proprie conuenit: sed solum spiritus sancti personalitati. Et probat sic. Illi solius personalitati et nulli alteri charitas siue amor personaliter conuenit: quod solum per modum dilectionis procedit. scilicet talis est spiritus sanctus. igitur charitas seu amor personaliter spiritus sancto proprie soli conuenit. Tenet persequentia

C 2

Augustinus.

et maior. sed minor. probans magister in textu inducit tale dubium. Beatus Johannes dicit in sua canonica ubi supra. quod dilectio ex deo est. Cum ergo tam filius quam spiritus sanctus sit ex deo. unde per naturam alius per processionem: dubitatur quod illorum dilectio vocatur. Et respondet quod spiritus sanctus. et hoc probatur per textum sequentem in eadem canonica: ubi postquam dicitur. Dilectio quam nos facit in deo manere in deo est. subiungit. In hoc cognoscimus quod in deo manentem et ipse in nobis. quod de spiritu sancto dedit nobis. Sanctus itaque spiritus de quo dedit nobis: facit nos in deo manere. Insinuans per hoc spiritum sanctum facere illam dilectionem quam est ex deo. Et ista confirmat magister per autoritates sanctorum que patent in scriptura. igitur propositio vera. Tertia propositio est hec. Spiritus sanctus ratione communis originis principij est nomine spiritus sanctus nominatus non obstante quod illud nomen sit commune omnibus tribus personis. Et probatur sic. Quodcumque coniter et equaliter habet originem a duobus convenientissime nominatur nomine conveniente ambobus. sed spiritus sanctus habet communem a patre et filio originem. igitur convenienter habet denominationem eis communem: ut patet per propositio predicta. Argumentum apparet clarum cum maiore. sed minore probatur magister in scriptura autoritate beati Augustini. igitur etc.

Quod spiritus sanctus procedit a patre et filio.

DI. XI

**De dicendum**

est spiritus sanctum a patre esse et filio: et procedere a patre et filio: quod multi heretici negaverunt. Quod autem de utroque procedat: multis divinum eloquiorum testimoniis comprobatur. Dicit enim apostolus. Misit deus spiritum filij sui in corda vestra. Ecce hic dicitur spiritus filij. Et alibi. Qui autem spiritum christi non habet: hic non est eius. Ipse etiam filius de spiritu sancto dicit in euangelio. Quae ego mittam vobis a patre. Spiritus autem spiritus dicitur est ubi legitur. Si spiritus eius qui suscitavit christum a mortuis habitat in vobis. Et ipse christus dicit. Non enim vos estis qui loquimini. sed spiritus patris vestri qui loquitur. Et in alio loco. Quae mittet pater in nomine meo. Et alibi ipse filius de spiritu sancto ait. Spiritus procedit. His et alijs autoritatibus pluribus ostenditur quod spiritus sanctus a patre et filio procedit.

Quod greci non concedunt spiritus sanctum procedere a filio.

**Greci tamen dicunt**

Quare dicitur  
Prima causa  
Secunda causa

spiritus sanctum procedere tantum a patre et non a filio. Ad ideo dicunt. quod veritas in euangelio fide in te gratia continetur: de processione spiritus loquens solum patrem commemorat dicens. Spiritus qui a patre procedit. Et etiam ideo. quod in principalibus concilijs quae apud eos celebrata sunt: ita symbola eorum subiunctis anathematibus sancita sunt:

ut nulli de trinitatis fide aliud docere vel aliter predicare quam ibi continetur liceat. In quibus quidem symbolis cum spiritus sanctus commemoratur procedere a patre et non a filio. Quicunque inquit a filio eum procedere addunt: anathema incurrunt. Unde et nos arguunt anathematis reos. Addunt etiam ad assertionem suae opinionis et in testimonium nostrae damnationis de symbolo fidei: quod secundum traditionem praedictorum conciliorum. Leo tertius romae transcriptum in tabula argentea post altare beati Pauli positum posteris reliquit per amorem (ut ipse ait) et cautela fidei orthodoxae. In quo quidem symbolo in processione spiritus solus commemoratur per his verbis. Et in spiritu sanctum dominum et vivificantem ex patre procedentem. cum patre et filio coadorandum et glorificandum etc. Illud est symbolum quod in missa cantatur editum in Niceno concilio. in fine cuius subiunctum est. Qui aliter docuerit vel aliter predicaverit: anathema sit. Ideoque greci nos anathematizatos dicunt. quod dicimus spiritum sanctum a filio procedere. quod ibi non continetur. Quod enim secundum nos ibi dicitur. Qui a patre filioque procedit. aliter a latinis est additum. scilicet filioque.

Tertia est.

**Nos autem illa verba**

ita determinamus. Qui aliter docuerit: vel aliter predicaverit: vel scriptum docuerit: vel scriptum modo predicaverit: anathema sit. Alij quoque posuunt pro opposito aliter et apostolus in epistola ad Galatas. Si quis aliud euangelizaverit. id est contrarium anathema sit. Non dicit. si quis addiderit. Nam si illud diceret: subijci (ut ait Augustinus) iudicaretur quod cupiebat venire ad quosdam quibus scribebat. sicut ad Thessa. ut suppleret quae illorum fidei deerant. Sed quod supplet quod minus erat addit. non quod inerat tollit. Qui autem pertergredis fidei regulam: non incedit in viam. sed recedit a via. Ad illud autem quod de euangelio opponunt: respondemus ita. quod cum dicat in eo veritas spiritus sancti a patre procedere. non addit solo. et ideo etiam a se procedere non negat. sed ideo patrem tantum nominat. quod ad eum solet referre etiam quod ipse est. quod ab illo habet.

Quod greci in sensu nobiscum conveniunt et si verbis differant.

**Sciendum est tamen quod**

greci continent spiritum sanctum esse filium sicut patris. quod et apostolus dicit. Spiritum filium. Et veritas in euangelio

gelio. spm̄ veritatis. Sz cũ nō sit aliū spm̄  
sanctū esse p̄ris. Nihil q̄ esse a p̄re v̄l filio:  
etiā in B̄ in eandē nobiscū fidei s̄niam cōue  
nire vident̄. licet in x̄bis dissentiat̄.

**A**utoritatib⁹ grecorum ostendit̄  
spiritum sanctum procedere etiā  
a filio.

**Unde etiā quidaz**

eorū catholici doctores intelligētes vnā  
eandēq̄ fore s̄niam p̄dictorū x̄borū: quib⁹  
dicit̄ sp̄s sanctus pcedere a filio ⁊ esse filij.  
p̄fess̄ sunt sp̄m̄ sanctū etiā pcedere a filio  
**A**thana. Cū Athanasius in simbolo fidei. Sp̄s s̄c  
ctus a p̄re ⁊ filio: non factus: nec creatus:  
nec genit⁹: sed pcedēs. Ecce sp̄m̄ sanctum  
apte dixit pcedere a patre ⁊ filio. Didim⁹  
etiam eorū maximus doctor in li. de spiri  
sancto. sp̄m̄ sanctum a filio pcedere dicit.  
Saluator inq̄t qui est veritas. Nō em̄ loq̄  
tur a semetip̄o. hoc ē nō sine me ⁊ sine meo  
⁊ patris arbitrio. quia inseparabilis est a me  
⁊ a patris voluntate. q̄ ex se nō est. sed ex  
patre ⁊ me est. Hoc em̄ ip̄m q̄ subsistit et  
loquit̄: a patre ⁊ a me illi est. Itē. Sp̄s s̄c  
ctus qui est sp̄s veritatis. sp̄s s̄c sapien  
tiē nō p̄t audire a filio loquēre que nescit  
cum hoc ip̄m sit quod p̄fer̄ a filio. i. proce  
dens deus de deo. Sp̄s veritatis proce  
dens a veritate. consolator: manās ex cōso  
latione. Nam Cyrillus ep̄s in eplā Ne  
storio directa ait. Sp̄s intelligit̄ p̄ se s̄m  
q̄ sp̄s est. ⁊ non filius. sed tñ nō est alien⁹  
ab eo. Sp̄s em̄ veritatis nominat̄. et pro  
fluit ab eo sicut ex deo patre. Iohānes q̄  
Chrȳs. in omel. quadam de expositōe sim  
boli sic ait. Iste est sp̄s pcedens de p̄re ⁊  
filio: q̄ diuidit dona p̄p̄na p̄r vult. Idez  
in alia omel. Credendū est sp̄m̄ sanctūz pa  
tris esse ⁊ filij. Istum sp̄m̄ sanctūz dicim⁹  
patri ⁊ filio coequalem: ⁊ pcedentē de pa  
tre ⁊ filio. hoc credite: ne colloquia mala  
corrūpant bonos mores. Ecce a doctori  
bus grecorū apta habem⁹ testimonia: q̄b⁹  
sp̄s sanct⁹ a p̄re et filio pcedere ostendit̄.  
His ḡ lingua consteat sp̄m̄ s̄c pcedere  
a patre ⁊ filio.

Athana.

Didimus

Cyrillus.

Ioh. chry.

**H**ec est distinctio vndecima. In  
q̄ m̄ postq̄ egit de mō quo sp̄s sanct⁹ pcedit. agit  
de p̄ncipio a quo pcedit. Et tria circa hoc s̄c. Nam  
p̄mo ostendit q̄d circa h̄m̄ p̄ncipij latini sentiat̄. Se  
cūdo subdit in quo greci ab ip̄is discrepāt. Tertio  
subūgit in quo greci simū ⁊ latini p̄sentiat̄. Primū  
facit a p̄ncipio distinctiōis vsq̄ ibi. Graeci tñ dicunt.

Secū ab inde vsq̄ ibi. Sciendū tñ est. Tertius dō  
ab inde vsq̄ ad finē distinctiōis. Et hec est sentētia  
m̄gri in generali. In sp̄ali dō s̄nia m̄gri stat in tri  
bus p̄positiōib⁹ quarū p̄ma est. Veritas approbat  
euangelij p̄rem ⁊ filij simul. p̄duxisse sp̄m̄ sanctū.  
Que p̄bat sic. Illud s̄m veritate euangelicā debet  
teneri: q̄d ip̄a approbat ex autoritatibus noui testa  
mētī. Sed p̄rem ⁊ filij s̄c sp̄m̄ sanctum p̄ducere est  
h̄m̄oi. vel ip̄m sp̄m̄ sanctū. p̄duci ab vtroq̄ q̄d idem  
est. igit̄ p̄positio vera. Tenet argumentū ⁊ maior.  
sed minorē. p̄bat m̄gri in textu. Et p̄mo quo ad hoc  
q̄ filij sp̄m̄ sanctum p̄duxit. vñ dicit scriptura. Misit  
de⁹ sp̄m̄ filij in corda v̄ra. ⁊ itē. Qui aut̄ sp̄m̄ x̄pi  
nō h̄z: hic nō est c̄p̄. Preterea euangelij Iohis dicit.  
Paraclytus aut̄ sp̄s sanct⁹ quē ego mittā vob̄ a p̄re.  
Secūdo p̄bat idē quo ad hoc q̄ etiā sp̄m̄ sanctus p  
cedit a p̄re. Cū x̄ps ait i euangelio. Nō em̄ vos estis  
q̄ loqm̄. sed sp̄s p̄ris vestri q̄ loq̄tur in vob̄. Et ali  
bi dicit. Quē mittet p̄r in noīe meo. ⁊ iterū. Qui a  
p̄re pcedit. Secūdo p̄positio est. Graeci falso motiua  
inducti sp̄m̄ sanctū a filio pcedere negauerūt. Et p  
bat sic. Illud verū greci falso motiua negauerūt q̄d  
negantes negādī motiua male intellexerūt. sz sp̄m̄  
sanctū negare pcedere a filio est h̄m̄oi. igit̄ p̄posi  
tio vera. s. q̄ greci falso motiua decepti negauerunt  
sp̄m̄ sanctū a filio pcedere. Argumentū ē apparens  
⁊ maiorē suppono verā. sz minorē p̄ducēdo i textu  
p̄ponit p̄mo errorē grecorū: q̄ ē q̄ sp̄s s̄cctus a filio  
nō pcedit. Qd̄ p̄mo p̄bat p̄ illud euangelij Iohā.  
xvj. Qui a p̄re pcedit. Et idē c̄tat̄ in missā i simbo  
lo fidei: vbi agit de p̄cessiōe sp̄s sancti. ⁊ tñ illa sit  
ibi mentio de filio. ⁊ q̄d ibi loquit̄ de filio: hoc latinū  
apposuerūt. p̄p̄t quā q̄dem op̄inione greci dicunt  
nos anathematizatos. q̄ Leo papa tert⁹ s̄m tradi  
tionem p̄cilioz apud eos celebratorū: anathemati  
zauit oēs aliud dicētes de trinitate q̄ in eorū conc  
lijs extitit determinatū. q̄d dicunt attestari tabulaz  
ar gentē rōm̄ retro altare sancti Petri ⁊ Pauli po  
sitā. In q̄ post symbolū h̄r̄ in ea scriptū. Qui aliud do  
cuerit vel p̄dicauerit: anathema sit. M̄gri dō nos  
saluando dicit. Nos aut̄ nō dicim⁹ aliud illi p̄rariū  
sz solū s̄cctoz doctrinā explicam⁹. Etiā q̄ x̄ps dicit i  
euangelio sp̄m̄ s̄cctū a p̄re pcedere. nō id̄ hoc dicit q̄  
non pcedit a filio. sed motus sui fuit ad p̄rem refer  
re q̄cqd̄ habuit. Et id̄ q̄ nō dixit sp̄m̄ s̄cctū a solo pa  
tre pcedere: nō negat eū etiā a se pcedere. Et qui  
bus p̄z. p̄positiōne esse veraz. Tertia p̄positio est  
hec. Ex quo greci pcedūt sp̄m̄ s̄cctū esse sp̄m̄ filij non  
sensu sz x̄bis a nob̄ differūt. Istā p̄positiōne exp̄sse  
ponit m̄gri i tertia Athanasij. Didimū. Cyrillam et  
Iohē Chrȳs. q̄ fuerūt doctores eorū sensisse. qui  
oēs apte dixerūt sp̄m̄ s̄cctū a patre pcedere ⁊ filio.  
vt p̄z ex eorū autoritatib⁹. igit̄ p̄positio vera.

**U**trū sp̄s s̄cctus p̄ri⁹ vel pleni⁹ p  
cedat a patre q̄ a filio.

DI. XII.

**Tem querit**

cum sp̄s sanctus a patre pro  
cedat ⁊ a filio. vñ p̄s v̄l ma  
gis p̄cesserit a p̄re q̄ a filio: q̄d nitū hereti  
cus ostendere ita dicens. Si p̄cessit vñ  
q̄ sp̄s sanct⁹ a p̄re: p̄cessit vtiq̄ aut nato  
iam filio. aut nō nato filio. Si v̄o iā nato fi  
lio p̄cessit. an nat⁹ ē filij q̄ p̄cesserit sp̄s s̄c  
ctus. p̄p̄cessit ḡnatiuitas filij p̄cessionez  
c 3

Argumenta  
tio heretica.

spūs sancti. Si autē pcessit a p̄re non genito filio: an pcessit q̄ filius genitus fuerit.

Responſio Augustini ad id quod p̄rio querebat. s. an prius a p̄re q̄ a filio pcesserit.

**H**is et h̄mōi questi

onibus magis laboriosis q̄ fructuosis respondet Aug<sup>o</sup>. in. xv. lib. de trini. dicens. In illa summa trinitate que deus est: inter ualla tempoꝝ nulla sunt p que possz ostendi aut saltem requiri. vtrum p̄us de patre natus sit filius. ⁊ postea de ambobus processerit spūs sanctus. Nunq̄d q̄ possumus q̄rere vtrum iam pcesserat de patre spiritus sanctus quando natus est filius. an nōduz pcesserat. ⁊ illo nato de vtroq̄ processit. Nō possunt p̄sua ibi ista queri. vbi nihil ex tempore inchoat: vt ex consequenti p̄ficiatur in tempore. Ideo qui potest intelligere sine tempe generationē filij de patre. intelligat sine tempe pcessionez spūs sancti de vtroq̄. Ecce his v̄bis absoluta ē questio illa qua querebat. vtrum p̄us pcesserit spūs sanctus a patre q̄ a filio.

Hic agit de eo quod secūdo querebat. s. an pleni⁹ vel magis pcesserit a patre q̄ a filio.

**N**ūc tractandū est

quod secundo querebat. s. an pleni⁹ aut magis pcedat spūs sanctus a p̄re q̄ a filio. Ad quod dicimus. qz sicut non an pcedit a p̄re q̄ a filio. ita non pleni⁹ vel magis procedit a patre q̄ a filio. Aug<sup>o</sup>. tamen in. xv. li. de trini. dicit. qz spūs sanctus p̄ncipalitē procedit de patre. Non frustra inquit i hac trinitate non dicitur verbum dei nisi filius. nec donuz dei: nisi spūs sanctus. nec de quo genitum est verbum. ⁊ de quo pcedit spiritus sanctus p̄ncipaliter nisi deus pater. Ecce audistis quia spūs sanctus p̄ncipalitē procedit a patre. Sed ne te hoc turbaret: ipse continuo ex quo sensu dixerit: apit dicens. Ideo addidi p̄ncipalitē. quia ⁊ de filio spiritus sanctus procedere reperitur. sed h̄ qz illi pater dedit non iam existenti. ⁊ nōduz habenti. Sed quicquid v̄nigenito verbo dedit: gignendo dedit. Sic ergo eum genuit: vt etiam de illo donum cōmune pcederet. ⁊ spūs sanctus spūs esset ambōꝝ. Ecce ex-

De Aug<sup>o</sup>. dicitur spūs sanctus procedere a patre.

Ex quo sensu dixerit p̄ncipalitē pcedere a patre.

posuit ip̄emet quomodo spūs p̄ncipalitē pcedat a patre. non qz prius vel magis pcedat a patre q̄ a filio. sed qz cum pcedat a filio: hoc ip̄m habet filius a p̄re.

Ex eodem sensu etiam dicitur spiritus sanctus proprie procedere a patre.

**Ex eodem sensu etiam**

am dicitur pcedere proprie de patre. In h̄ie ro. in expositione catholice fidei. Niceni qz simbolizant. Credimus in spūm sanctū q̄ de patre pcedit proprie. Item spūm sanctū verum deuz inuenimus in scriptura. ⁊ de patre esse proprie. Et ita de patre filius ⁊ spiritus sanctus proprie ⁊ vere de patre pcedit. Ecce apte dicit spūm sanctum proprie eē de patre: ⁊ proprie pcedere a patre. Quod nō est ita intelligendū tanq̄ prius v̄l pleni⁹ a patre pcedat q̄ a filio. sed quia hoc habz pater a se. non ab alio. vt de ip̄o sit ⁊ procedat spūs sanctus. Filius autē non a se. sed a patre hoc habet. vt de ip̄o sit ⁊ pcedat spiritus sanctus.

Ex eodem sensu dicitur spūs sanctus esse et mitti a patre p̄ filium.

**Fortē etiam iuxta**

hanc intelligentiā dicitur spūs sanctus mitti p̄ filium. ⁊ a patre esse p̄ filium. Unde h̄ylari⁹ ad deū patrem de spū sancto ⁊ filio loquens in. xij. li. de trini. ait. In spiritu sancto tuo ex te p̄fecto ⁊ p̄ eum misso. Itē autē tempora v̄nigenitus tuus ex te natus manet. ita qz ex te p̄ eum spūs sanctus tuus est quod ⁊ si sensu non p̄cipiam. tamen teneo in cōscientia. In spūalibus eū rebus tuis habes sum. Item in eodem. Cōserua hanc oro fidei mee religionem. vt quod in regenerationis mee sumbe lo professus suz semper obtineam. te patrem. s. ⁊ filium tuum vna tecum adorem. spūm sanctum tuum q̄ ex te per v̄nigenitum tuum est promerear. Ecce aperte dicit spūm sanctum a p̄re p̄ filium. ⁊ mitti. ⁊ esse. quod non est intelligendū quasi a patre p̄ filium minorem mittatur vel sit. sed qz ex patre ⁊ filio est. ⁊ mittitur ab vtroq̄. sed hoc ip̄m habz filius a patre: vt ab ip̄o ⁊ sit ⁊ mittatur spūs sanctus. hoc q̄ voluit significare h̄ylari⁹ distinctio

h̄iero.

h̄ylari⁹

h̄ylari⁹

Questio cur  
filio dicitur de  
spū sancto a pa  
tre pcedere  
cū ab utroq;  
pcedat.

nem faciens in locutione: vt ostēderet i pa  
tre esse auctoritatem. Inde est etiam q; veri  
tas ostendens p̄rem esse auctorem p̄cessio  
nis qua pcedit spūs a filio. dixit in euāge  
lio. De patre pcedit. cum de p̄re et filio p  
cedat spūs sanctus. Unde Aug<sup>9</sup>. in. xij. li.  
de tri. querit. Si de patre et filio procedit  
spūs sanctus: cur filius dixit: de patre pce  
dit: Cur putas nisi q; solet ad eum referre.  
etiam qd̄ ip̄ius est: de quo et ip̄e est. sic ait  
Hec doctrina non est mea: sed ei<sup>9</sup> qui mi  
hi me. Si ergo hic intelligit eius doctrina  
quam tamē non dixit suam: sed p̄ris. quā  
tomagis illic intelligendus est spūs sanctus  
de ip̄o pcedere: vbi sic ait. de patre pro  
cedit: vt non diceret: de me non procedit.  
A quo autem habet filius: vt sic deus. est  
cū deus de deo. ab illo utiq; habet vt etiā  
de illo pcedat spūs sanctus. Et ideo spūs sa  
ctus vt etiam de filio pcedat: sicut pcedit  
de patre: ab ip̄o habet a patre. Quapropter  
qui potest intelligere in eo quod ait filius.  
Sicut habet pater vitam in semetip̄o: sic  
dedit et filio vitam habere in semetip̄o. nō  
sine vita existenti iam filio vitam patrē de  
disse. sed ita cum sine tempore genuisse. vt  
vita quam pater filio gignendo dedit coe  
terna sit vite patris qui dedit. Intelligat  
etiam sicut habet pater in seip̄o: vt de illo  
procedat spūs sanctus sic dedisse filio: vt etiā  
de ip̄o procedat idem spūs sanctus. et vtrū  
q; sine tempore. Ita ergo dictum est spūs  
sanctum de patre pcedere: vt intelligat  
q; etiam pcedit de filio. de patre esse et fi  
lio. Si enim quicqd̄ habet: de patre habet  
filius. de patre habet utiq; vt et de illo pro  
cedat spūs sanctus. sed nulla ibi tempa co  
gitant que habeant p̄us et posterius. quia  
ibi omnino nulla sunt.

Ista est distinctio duodecima In  
qua magis postq; egit de p̄ncipio a quo spūs sanctus p  
cedit. agit de ordine p̄cessiois eius. Et tria circa  
hoc facit. Nam p̄mo excludit ordinem t̄pm. Secun  
do excludit ordinem dignitatis. Tertio ponit ordi  
nem naturalē originis. Primum facit a p̄ncipio huius  
distinctionis vsq; ibi. Nunc tractandū est qd̄ secūdo  
querēbat: Scdm̄ ab inde vsq; ibi. Aug<sup>9</sup>. in. xv. li.  
de tri. Tertū ab inde vsq; ad finem distinctionis.  
Et hec est sententia magis in generali. In sp̄ali sen  
tentia magis stat in tribus p̄positionibus. quarū pri  
ma est. Spūs sanctus duratione tempis nec p̄us nec  
posterius p̄cessit a patre q; a filio: nec eōuerso. Et  
pbat sic. Ebi penitus nullū interuenit t̄ps. ibi t̄ps  
duratione neq; est p̄us neq; posterius. s; in p̄cessione  
spūs sancti a p̄re et filio nullū oīno int̄uenit t̄ps. igitur  
spūs sanctus nō pcedit a p̄re p̄us neq; posterius a filio.  
neq; eōtrā. et p̄ p̄us p̄positio vera. Tenet p̄ntia et  
ip̄ior: nota ē. Et minorē magis exequens in sp̄a q̄rit.

An spūs sanctus p̄us aut magis pcedat a p̄re q; a filio  
Et arguit ad q̄stionē sic. Nā spūs sanctus pcedit a p̄re  
Et ergo pcedit iā nato filio. vel nondū nato filio. si  
nato filio: igitur natiuitas filii p̄cessit p̄cessione spūs  
sancti. Si nondū nato filio. igitur p̄cessio spūs sancti p̄ce  
cessit generatōis filij. et p̄ p̄us spūs sanctus p̄us p̄cessit a  
p̄re q; a filio. Hanc q̄stionē magis r̄ndet p̄ r̄motōis t̄pis  
ab h̄mōi materia: ita dicit. Hanc q̄stionē in p̄posito  
non h̄re locū. q; in d̄uis oīa sunt eterna. igitur nullus  
p̄t ibi esse ordo t̄pis vel p̄ortatis duratōis. qd̄ p  
bat aucte Aug. in li. de tri. q; p̄z in textu. Secūda p  
positio est hec. Non maior p̄fectioni dignitatis nec  
plentius spūs sanctus pcedit a p̄re q; a filio. Hanc p̄po  
sitionē magis p̄bat in. ij. c. hui<sup>9</sup> distictōis q̄rens.  
Utrū spūs sanctus plen<sup>9</sup> aut magis p̄fecte procedat a  
p̄re q; a filio. Et r̄ndet. Sic nō an pcedit a p̄re q; a  
filio. ita nō magis pcedit nec plen<sup>9</sup> procedit a p̄re  
q; a filio. igitur p̄positio vera. Tertia p̄positio ē hec  
Spūs sanctus q̄ eque p̄fecte sit a patre et filio procedit  
p̄ncipalit<sup>9</sup> et p̄re a patre p̄ filio mitit<sup>9</sup> auctoritatis or  
ginatōe. Que p̄bat sic. Spūs sanctus ab illo p̄ncipa  
lit<sup>9</sup> est et mitit<sup>9</sup> q; hoc h; a se et a nullo alio q; ip̄m mit  
tit. et q; ab ip̄o procedat. s; h̄mōi est solus pat<sup>9</sup>. igitur  
p̄positio uera. Tenet argumētū et maior. s; mino  
rem. pbat magis in textu p̄ mitras auctes. q; vidēt sona  
re: q; p̄ pl<sup>9</sup> habeat in p̄cessiōe q; filij. et spūs sanctus  
procedit a p̄re p̄ filio. Quas auctes magis dicit debe  
re intelligi. nō q; spūs sanctus min<sup>9</sup> plene vel min<sup>9</sup> p̄fe  
cte procedit a filio q; a patre. s; q; filij nō h; hoc a se  
ip̄o q; spūs sanctus ab ip̄o procedat eā plene et p̄fecte  
vt a patre. s; hoc h; a patre. igitur p̄positio vera.

Quare spūs sanctus cū sit de substā  
tia patris nō dicat genit<sup>9</sup> vel fili<sup>9</sup>  
sed tantū pcedens.

Est hec consi

randum est q̄stum a talibus q;  
les nos sumus intelligi p̄t. cū  
spūs sanctus pcedat de patre: et sit de suba  
patris. cur non dicatur esse natus: sed po  
tius pcedere: et cur non dicat filius: Qua  
re aut spūs sanctus non dicat vel sit natus:  
et ideo non sit filius Aug<sup>9</sup>. ostendit in. xv.  
li. de trinitate ita dicens. Si spūs sanctus fi  
lius diceret: amborū utiq; filius diceret.  
quod absurdissimum est. Filius q̄pe nul  
lus est duorū: nisi patris et matris. Absit  
autē vt inter deum patrem et deum filium  
tale alqd̄ suspicemur. Absurdissime ergo  
filius diceret amborū. i. p̄ris et filij. Ambo  
rū enī filius diceret: si eū ambo genuissēt.  
qd̄ abhorret oīm sanctorū sensus. Non q̄  
ab utroq; est genitus: s; pcedit ab v. roq;  
amborū spūs. Hīs verbis ostendit cur sp̄  
ritus sanctus cum sit de patre: non tū dicat  
genitus vel filius.

Cū spūs sanctus nō dicat genitus  
cur filius dicat pcedere

DI. XIII

Augusti.

c 4

**Quia autem spiritus sanctus**

non dicatur genitus: sed tantum procedens. quia solet cur filius non dicitur tantum genitus: sed et procedens. Sicut ipse in euangelio Iohannis ait. Ego ex deo processi vel exiui: et ueni in mundum. Non ergo tantum spiritus sanctus procedit a patre: sed etiam filius. Ad quod dicimus quod cum uterque procedat a patre: dissimiliter tantum. Nam spiritus sanctus (ut ait Augustinus in y. li. de tri.) procedit a patre: non quomodo natus: sed quomodo datus vel donum. Filius autem processit nascendo. existit ut genitus. Ac per hoc illud elucescit ut potest. scilicet cur spiritus sanctus etiam non sit filius: cum et ipse a patre creat. Iohannes scilicet non dicitur filius. quia neque natus est sicut unigenitus. neque factus ut per dei gratiam adoptionem nasceretur sicut nos.

Augusti.

Non potest distinguere a nobis inter generationem filii et processionem spiritus sancti.

**Inter generationem**

filii et processionem spiritus sancti: dum hic uimus distinguere non sufficimus. Unus Augustinus. Maximino premissam questionem refutanti. scilicet querenti cur spiritus sanctus non diceretur filius: cum de patris esset substantia. respondens sic ait. Queris a me si de substantia patris est filius. de substantia patris est etiam spiritus sanctus. cur unus filius sit. et alius non sit filius. Ecce respondeo. siue capias siue non capias. De patre est filius. de patre est spiritus sanctus. sed ille genitus est: iste procedens. Ideo ille filius est patris de quo est genitus. Iste autem spiritus est utriusque: quoniam de utroque procedit. sed ideo cum de illo loqueretur ait. De patre procedit. quoniam pater processionis eius auctor est: qui tale filium genuit. et gignendo ei dedit: ut etiam de ipso procederet spiritus sanctus. Nam nisi procederet etiam de ipso: non diceretur discipulus. Accipite spiritum sanctum. eumque infundendo daret: ut a se quoque procedere significans: aperte ostenderet stando. quod spirando dabat occulte. Quia ergo si nasceretur: non tantum de patre: nec tantum de filio: sed de ambobus utriusque nasceretur. sine dubio filius diceretur ambobus. Ac per hoc quia filius ambobus nullo modo esset: non oportuit nasci eum de ambobus. Amborum est ergo spiritus sanctus procedendo de ambobus.

Questio maximini

Augustinus. De patre est auctor: processio filiorum

hic dicitur quod non valet inter illa duo distinguere

**Quid autem inter**

nasci et procedere intersit. de illa excellentissima natura loquens explicare quod potest. Nam omne quod procedit nascitur. Quis ergo procedat quod nascitur. Sicut non omne quod bipes est: homo est. Quis bipes sit omnis qui homo est. Hoc scio. distinguere autem inter illam generationem et hanc processionem nescio: non valeo: non sufficio. ac per hoc quod et illa et ista est ineffabilis. sicut propheta de filio loquens ait. Generationem eius quis enarrabit. Ita de spiritu sancto uerissime dicitur. processionem eius quis enarrabit. Satis sit ergo nobis quod non est a seipso filius. sed ab illo de quo natus est. non est a seipso spiritus sanctus: sed ab illo de quo procedit. Et quod de utroque procedit: sicut iam ostendimus. De spiritu sancto quomodo ipse de deo sit. nec tantum ipse filius sit. quoniam procedendo non nascendo legitur esse de deo. iam superius quantum uisum est disputauimus.

An spiritus sanctus debeat dici ingenuus.

**Nunc considerandum**

est cum spiritus sanctus non sit genitus: utrum debeat dici ingenuus. Ad quod dicimus spiritum sanctum nec genitum nec ingenitum debere dici. Unde Augustinus ad Orosium ait. Spiritum sanctum nec genitum nec ingenitum fides certa declarat. quod si dixerim ingenitum: duos patres uidebimur affirmare. Si autem genitum duos credere filios culpamur. Sicut enim solus filius dicitur genitus. ita et solus pater dicitur ingenitus. eo quod ab alio non sit. Unde Augustinus in xv. lib. de tri. pater inquit solus non est de alio. Ideo solus appellatur ingenitus. non quidem in scripturis. sed in consuetudine disputantium. et de re tanta simonem quoniam ualuerint preferentium. Filius autem de patre natus est. et spiritus sanctus de patre principaliter et communiter de utroque procedit. Iohannes quoque cum spiritum sanctum genitum non dicam. dicere tantum ingenitum non audeo. ne in hoc uocabulo uel duos patres in illa trinitate: uel duos quod non sunt de alio quispiam suspicetur. Ecce his uerbis apte ostendit spiritum sanctum nec genitum nec ingenitum debere dici.

Augusti.

Augusti.

Hieronymus dicit spiritum sanctum ingenitum, quod uidetur predictis aduersari.

Hieron.

**Hieronymus** tamē in regulis definitionū contra hereticos dicit spūsanctum ingentum esse his vrbis. Spūsanctus pater non est: sed ingentus atq; infectus. Pater non est: q; patris est et in pte est. pcessionem habet ex pte: et nō natiuitatem. Filius autē non est. quia genitus nō est. Ecce his vrbis dicit spūsanctus esse ingentus. qd videt aduersari pmissis verbis Augustini.

Determinatio fm diuersas acceptiones dicit eos locutos.

**Sed ut istam que videtur repugnantiā de medio ambigam?** Dicimus q; Hieron. aliter accepit nomē ingenti. et aliter Augustinus. Accepit enim Aug. ingentum qui vel quod de alio nō est. et fm hoc de solo patre dicit. Hieronimus vō ingentum dicit non ingentum. et fm hoc de spūsancto potest dici. cum spiritus sanctus non sit genitus.

Ex verbis Hieronymi ostendit. ex quo sensu dixit spūsanctum ingentum.

**Quare autem Hieronymus** ita accepit: ostenditur ex vrbis suis quibus in eodem tractatu vtitur facies talē diuisionem. Omne quod est. aut ingentum est. aut genitum. aut factum. Est q; quod nec natum est nec factum. et est qd natum est: et factum non est. et est quod nec natum est nec factum est. et est quod factum est: et natum non est. et est quod factum est et natum est et renatum nō est. Nunc ppositōrū singulis rebus substantiam designemus. Quod ergo nec natum nec factum est: pater est. nō em̄ ab aliquo est. Qd autē natū est: et factū nō est: filius est. q; a pte genitus est nō factus. Qd itē nec factum nec natū est. spūsanctus est. qui a patre pcedit. Qd etiā factū ē et natū nō est: celum et terra ceteraq; insensibilia sunt. Qd autē factum et natū et renatū est: hō est. Qd vō factum est et natum est: et renatum non est. animalia sunt. Ecce his verbis ostendit Hieronymus se ingentum accipere non ingentū. Aliter enim non esset premissa diuisio vera

scz omne quod est aut ingentū est. aut genitum. aut factum. Atq; in diuisionis huius pscutione. in assignatione ingenti vbiq; ponit non natū.

**Hec est distinctio tredecima.** In qua mgr postq; egit de mō principio et ordine pcessionis spūsancti: agit de dīa pcessionis et generatōis in diuinis. Et tria circa hoc facit. Nam pmo ostendit q; spūsanctus nō pcedit a pte et filio vt eorū filius. Secundo subdit diuersitatē inter generationē et pcessionē. Tertio subiūgit q; spūsanctus non debeat dici genitus. Primū facit a principio distinctōis vsq; ibi. Cū autē spūsanctus. Secū ab inde vsq; ibi. Nūc pcedat dum est. Tertū vsq; ad finē distinctōis. Et hec est sententiā mgr̄ in generali. In spēali vō in hac distinctōe sola mgr̄ stat in tribus ppositōibus. quarū pma est. Spūsanctus pcedēs filius a pte et filio nulla tenus illorū filius ē dicendus. Et pbat sic. Illud a nullo catholico est dicendū ad qd sequeret tanta absurditas. s. inter deuz aliqd nasci a duobus vt a patre et matre. sed hoc sequeret si spūsanctus filius patris et filij diceret. igitur hoc nō est dicendū. Tenet psequētia et maior. sed minor em̄ pbat mgr̄ i textu p autoritatem beati Augustini qua rñdet ad istam q̄stionem. s. Cur spūsanctus non dicit esse natus vlt filius. cum tū pcedat de substantia p̄tis ita bene sic filius. Respondendo dicit q; si spūsanctus filius diceret. amboz vtiq; filius diceret. filius quippe nullus est duoz: nisi patris et matris. Absit autē vt inter deum patrem et inter deum filium tale aliqd suspicemur. Amboz em̄ filius diceret: si ambo em̄ genuissent. qd abhorret oim sanctorū sensus. Secū ppositio est hec. Modus quo filius pcedit a solo patre distinguit a modo quo spūsanctus pcedit ab vtroq;. Istā ppositiōē pbans mgr̄ in lra querit. Cum filius non tū dicit genitus: sed etiā pcedens. Unde Job. viij. d. in psona filij. Ego a pte pcessi. quare spūsanctus dicit tū pcedēs et nō genitus. Ad qd rñdens dicit: q; licet vterq; ipoz tam filius q; spūsanctus pcedit a patre. hoc tū est diuersimode. Nā filius pcedit p modum nature. et ideo dicit et genitus et pcedens. q; omne qd generat: pcedit. s. non ecōtra. Spūsanctus vō pcedit p modū volūtatis sicut datus et nō natus. Cū ergo nō omne qd datur ab aliquo nascit ab ipō. ideo spūsanctus dicit tū pcedēs et nō natus. Aliā ratōz diuersitatis filij et spūsancti assignat que est. q; filius pcedit a solo patre. et spūsanctus ab vtroq;. s. patre et filio. Et addit etiam q; creatura nō sufficit ad significandū perfectam differentia generatōis et pcessionis. q; vtraq; ineffabilis est. Tertia ppositio ē hec. Nō ē catholice pcedendū spūsanctū esse genitū vlt ipm esse ingentū. Et pbat sic. Illud nō est pcedendū catholice quo pcesso sequeret aut duos eē p̄tes. aut duos eē filios in diuinis fore concedendū. sed hoc est spūsanctum esse genitū vel esse ingentū. igit nō est concedendū. Tenet argumentū et maior. sed mgr̄ minor pbans in textu querit. Cum spūsanctus non sit genitus. an debeat dici ingentus? Et respondet autoritate beati Augustini. q; nec genitus nec ingentus dici debeat. Nō ingentus: ne duo p̄tes in diuinis esse videant. q; ingentus fm p̄tudinē disputatū accipit solum p̄sona p̄tis. Genitus vō dici non de eo q; natus nō sit. Contra qd replicat p autoritate beati Hieron. dicentis spūsanctū ingentū posse dici. Et respondet q; ingentum aliter sumit a bō Hieron. et alit a bō Aug. Nam b. Aug. accipit ingentū. put ingentum dicit ens non ab alio. et sic con-

Diuisio hec notanda est diligēt

venit soli patri et non spiritui sancto. Beatus autem Hieronymus accipit ingenitum, putat dicit ens ab alio non per generationem et sic solum genuit spiritui sancto. Et quod sic accipiat. b. Hieronymus ingenitum probat per aliam auctoritatem eius quam recitat in ultimo capitulo. Igitur etc.

Quod gemina est processio spiritus sancti.

DI. XIII

### Reterea dili-

gener annotandum est quod gemina est processio spiritus sancti. eterna videlicet que ineffabilis est: quia a patre et filio eternaliter et sine tempore processit. et temporalis quia a patre et filio ad sanctificationem creaturam procedit. Et sicut ab eterno communiter ac simul procedit a patre et filio. ita et in tempore communiter et simul ab utroque procedit ad creaturam. non diuisim a patre in filium: et a filio ad creaturam. Unde Augustinus in xv. libro de trinitate ait. Spiritus sanctus non de patre procedit in filium. et de filio procedit ad sanctificationem creaturam. sed simul de utroque procedit. Quod uis hoc filio pater dederit. ut sicut de se ita etiam de illo procedat.

Augusti.

De temporalis processione specialiter agit.

### De temporalis autem

processione. Beda in omelia dominice prime post ascensionem ita loquitur. Cum gratia spiritus sancti datur hominibus. profecto mittitur spiritus a patre. mittitur et a filio. procedit a patre: procedit et a filio. quia et eius missio est ipsa processio. His verbis apte ostendit donationem gratie spiritus sancti dici processione vel missionem eiusdem. Sed cum donatio vel datio non sit nisi temporalis. constat quod et haec processio siue missio temporalis est. Hanc quoque temporalem spiritus sancti processione Augustinus in xv. libro de trinitate insinuat dicens spiritum sanctum processisse a christo quando post resurrectionem insufflauit in discipulos his uerbis. Cum resurrexisset christus a mortuis et apparuisset discipulis. in sufflauit et ait. Accipite spiritum sanctum. ut etiam eum de se procedere ostenderet. et ipse est uirtus que de illo exibat: ut legitur in euangelio. et fanabat omnes. Et ut ostenderet hanc processione spiritus sancti non esse aliud quam donationem vel dationem ipsius spiritus sancti: addit. Post resurrectionem dominus Iesus his dedit spiritum sanctum. semel in terra propter dilectionem proximi. et iterum de celo propter dilectionem

dei. quod per ipsum donum diffunditur caritas I corinthiis uersibus. quia diligimus deum et proximum.

Et aliqui dicunt ipsum spiritum sanctum non dari sed dona eius.

### Sunt autem aliqui

qui dicunt spiritum sanctum ipsum deum non dari. sed dona eius que non sunt ipse spiritus. et ut aiunt: spiritus sanctus dicitur dari: cum gratia eius. quod tamen non est ipse: datur hominibus. et hoc dicunt. Beda sensisse in superioribus uerbis quibus dicit spiritum sanctum procedere cum ipsius gratia datur hominibus. tanquam non ipse met deus est et tertia in trinitate persona dei: aperte dicit Augustinus in xv. libro de trinitate. ita dicens. Eundem spiritum sanctum datum cum insufflatus Iesus. de quo mox ait. Ite baptizate omnes gentes in nomine patris et filii et spiritus sancti. ambigere non debemus. Ipse est ergo qui etiam de celo datus est discipulis penthecostes. Quod ergo deus non est qui dat spiritum sanctum. imo quantus est deus qui dat deum. Ecce his uerbis apte dicit spiritum sanctum ipsius se deum dari hominibus a patre et a filio. Et quod ipse spiritus sanctus qui deus est ac tertia in trinitate persona nobis datur. nostrisque insufflatur atque illabatur mentibus apte ostendit Ambrosius in i. libro de spiritu sancto dicens. Licet multi dicant spiritus. quia legitur. Qui facit angelos suos spiritus. unus est in dei spiritus. Ipsum ergo unum spiritum et apostoli et prophete sunt consecuti. sicut etiam uas electionis dicitur. quod unum spiritum potauimus. quasi eius qui non queat scindi. sed insufflatur animis: et sensibus illabatur. ut secularis sitis restringat ardorem. qui spiritus sanctus non est de substantia rerum corporalium. nec de substantia inuisibilium creaturarum. His uerbis apte dicit spiritum sanctum ipsum qui creatura non est: in fundamentibus nostris. Item in eodem. Omnis creatura mutabilis est. sed non mutabilis spiritus sanctus. Quid autem dicere dubitemus. quod datus est et spiritus sanctus: cum scriptum sit. Caritas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. Qui cum sit inaccessible natura. receptibilis tamen propter bonitatem suam nobis est complens uirtute omnia. sed qui solus princeps iustis. simplex substantia opulens uirtutibus. unicuique propriis. ditius de suo singulis et ubique totus. In circumscriptione ergo et infinitus spiritus sanctus qui discipulorum sensus separato insufflatur. quem nihil potest

Quod ipse spiritus sanctus qui deus est deus et mittitur.

Ambro.

test fallere. Angeli ad paucos mittebant. spūsanctus autē populū infundebat. Quis igitur dubitet quin diuinū sit quod infundit simul pluribus nec videt. Unus est spūsanctus qui datur est omnibus. licet seipatis apostolus. Et hic apte dicit Ambrosius. quod spūsanctus qui est substantia simplex cum sit vnus datur pluribus. Alia quoque autoritate hoc idem astruit. scilicet quod spūsanctus qui est equalis filio hominibus datur. Sicut enim Augustinus de verbis apostoli sic. Caritas dei diffusa est in cordibus nostris per spūsanctum qui datus est nobis. A quo datur? Ab illo qui dedit dona hominibus. Que dona? Spūsanctū: qui tale datur donū qualis est ipse. Magis est misericordia eius. donū datur sibi equale. quia donū eius spūsanctus est. Premissis et alijs pluribus autoritatibus apte monstrat quod spūsanctus equalis patri et filio nobis datur. nec ideo tamen minor est pater et filio. Unde Augustinus in iij. li. de trinitate ait. Nō ideo inquit minorem spūsanctum. quia et eum pater misit et filius arbitrandū est.

An viri sancti et ecclesie prelati debent vel dare possint spūsanctū. quod non dant hic ostendit deus.

### Hic queritur vtrum

et viri sancti dent vel possint dare alijs spiritūsanctū: Quē si alij dant: cū ei? donatio supra sit dicta pcedere videt ab eis pcedere spūsanctus vel mitti. Sed creator a creatura non mittit vel pcedit. Restat ergo vt spūsanctū ipsi nō dent nec possint dare. Unde Augustinus in xv. li. de trinitate. Non alij discipulorum christi dedit spūsanctū. Orabant quippe vt veniret in eos quibus manus imponebatur: non ipsi eū dabant. Quē morem in suis ppositis etiam nunc seruat ecclesia. Denique et Simon magus offerens apostolis pecuniam non ait. Dote mibi et hanc potestatem: vt dem spūsanctū. sed cuius inquit imposuero manus: accipiat spūsanctum. Quia nec scriptura superius dixerat. Videns autē Simon quia apostoli darent spūsanctum. sed dixerat. Videns autem Simon quia per impositionem manuum apostolorum daretur spūsanctus. Ecce his verbis ostendit Augustinus. nec apostolos nec alios ecclesie prelatos dedisse vel dare spiritūsanctū.

quod non possunt dare spūsanctum hic docet.

### Et quod plus est nō

posse etiam dare dicit in eodem libro subdes. De christo scriptū est quod accepit a patre permissione spūsancti. et effuderit. in quo vtraque natura monstrata est humana. scilicet et diuina. Accepit quippe vt homo. effudit vt deus. Nos autē accipe quidem hoc donū possumus pro modulo nostro. Effundere vero super alios non vti que possumus. sed vt hoc fiat: deū super eos a quo id efficitur inuocamus. His verbis expressē dicit nos spūsanctū nō posse super alios effundere. id est alijs dare.

Quod videt contrariū.

### Sed huic videtur

contrariū quod apud ad Gal. de se loquens ait. Qui tribuit vobis spūm: et operatur virtutes in vobis. Ecce euidenter dicit se tribuisse spūm. Sed intelligendum est hoc dicitur apostolū: non quia haberet potestatem et autoritatem dandi spūsanctum. sed quia ministerium habuerit in quo dabatur a deo spūsanctus. Et enim Augustinus. super eundem locum exponens illud apostoli verbum. Ab apostolo predicata est eis fides. in qua predicatione aduentum et presentiam spūsancti senserant. sicut illo tempore in nouitate inuocationis ad fidem etiam sensibilibus miraculis presentia spūsancti apparebat. vt in actibus apostolorum legitur. Apte hic ostendit quod illis spūsanctum apostolus tribuerit. Nō vti que ipsum mittendo in eos: sed predicando eis fidem christi. quam illis recipientibus quod spūsanctus in eis esset alijs signis visibilibus monstrabat. Non igitur homines quocumque spūsancti dare possunt spūsanctū.

### Hec est distinctio quattadecima

In qua magister postquam egit de processione spūsancti eterna: incipit agere de processione eius temporalis. Et circa hoc tria facit. Nam primo ostendit spūsanctum a patre et filio simul temporaliter pcedere. Secundo quod spūsanctus datur personaliter in suorum donorum communicatione. Tertio quod a nullo alio nisi a deo datur instrumentali operatione. Primum facit a principio distinctionis vsque ibi. Sunt autē alij. Secundū ab inde vsque ibi. Dic queritur vtrum et viri sancti. Tertium vero ab inde vsque ad finem istius distinctionis. Et hec est sententia magistri in hac distinctione in generali. In specialis sententia magistri stat in tribus propositionibus. quarum prima est hec. Spūsanctum a patre et filio simul pcedere temporaliter concedit: cum in creaturarum sanctificatione mittit. Et probat sic. Quia quod gratia spūsancti habetur: ab ipso datur. tunc spūsanctus a patre et filio mittit: et pcedere videtur. sed omnis datio spūsancti creature

